Suter
Flora


EX LIBRIS
THE HORTICULTURAL SOCIETY OF NEW YORK
1902
Bequest of
Kenneth K. Mackenzie
October 1934

FLORA
HELVETICA

EXHIBENS

PLANTAS HELVETIAE INDIGENAS HALLERIANAS, ET OMNES QUAE NUPER DETECTAE SUNT ORDINE LINNAEANO.

CURAVIT

JOHANN RUDOLF SUTER,
Med. et Philos. Doct.

VOL. I.

TURICI,
IMPENSIS ORELL, FUESLI ET SOCC.
1802.

HELVETIENS
FLORA

WORINN ALLE IM HALLERISCHEN WERKE ENTHALTENEN UND SEITHER NEUENTDECKTEN SCHWEIZER PFLANZEN NACH LINNÉ'S METHODE AUFGESTELLT SIND.

VON

JOHANN RUDOLF SUTER,
Med. et Philos. Doct.

ERSTES BÆNDCHEN.

ZÜRICH,
BEY ORELL, FÜESSLI UND COMP.
1802.

Sie, sie bleibt die Natur, und wenn auch hier alles verwelket,
Wenn auch hier alles der Zeit brausender Wirbel verschlingt;
Wenn er, wie Blätter ein Bach, das Leben der Völker dahinreißt,
Leicht ihre Formen zerbricht, und über Leichen sich wälzt —
Bleibt sie doch die Natur, es grünt ihr am Busen die *Flora*,
Und in ätherischer Luft glüht sie am ewigen Eis;
Lächelnd sieht sie herab auf der Nationen Umwälzung,
Und die Brandung der Welt thürmt nicht die Wogen zu ihr.

Staaten mögen verblühn, die Rose der Alpen blüht ruhig
In des Urgebirgs Schoofs, ruhig das Veilchen im Thal,
Anemonen, Ranunkeln, Dryaden, und Primel und Steinbrech
Leben am Berge stets fort, Kinder der grossen Natur,
Und im Thale da steh'n Hyacinthen, Narcissen und Sinngrün,
Scherzend am silbernen Quell freut das Vergifsmeinnicht sich.
Menschen, ehrt die Natur! umarmt die Mutter der Blumen,
Dann hört auch sie euch dereinst, wenn ihr *Vergissmeinnicht* ruft.

SUTER.

PRAEFATIO.

Halleri *immortale opus, quod nimis modeste inscribitur* „Historia stirpium „indigenarum Helvetiæ inchoata" *dives fons est, ex quo emanavit hæc patria Flora. Liber rarus, maximi momenti, jam diu dignus erat, qui ederetur forma leviori et portatili, sæpiusque cogitavi de vulgandis ordine* Linnæano Helvetiæ *plantis, animo gaudium reputans, quod inde perciperent domestici et peregrini botanophili.*

VORREDE.

Hallers unsterbliches Werk mit dem so bescheidenen Titel „*Historia stirpium indigenarum Helvetiæ inchoata*" ist die reiche Quelle, aus welcher ich für gegenwärtige Flora meines Vaterlands schöpfte. Die Wichtigkeit und Seltenheit des Buchs sowohl als sein unbequemes Format in Folio veranlaſsten schon lange den Gedanken bey mir, die Pflanzen *Helvetiens* in einer leichten tragbaren Form nach *Linnæischer* Ordnung bekannt zu machen, und ich fühlte oft im Geist die Freude, welche der einheimische und fremde Botaniker dabei empfinden muſste.

Göttingæ *cum iterum morarer Ao.* 1794, *quo melior fierem et doctior, initium feci rei tractandæ, et comparavi* Halleri *descriptiones cum typis egregiis* Jacquini, Bulliardi, *et* Oederi. *Ibi magna mihi familiaritas erat cum multis Clarissimis viris, et oblivio nunquam memoriam delebit amicitiæ et benevolentiæ, quas mihi præstabant illa Germaniæ decora* Heyne *et* Meiners.

Omne studium eo tempore ad rem herbariam contuli, inprimis habito respectu ad Theophrastum, Dioscoridem, Plinium, *Græcorum Romanorumque poetas etc., quorum plantæ ad hoc usque tempus adcurate definitæ non sunt.*

Ao. 1794 machte ich den ersten Plan dazu in *Göttingen*, und verglich mit *Haller* die vortreflichen Beschreibungen und Figuren eines *Jacquin* für die Alpenpflanzen. und für die der Ebene vorzüglich *Bulliard* und *Oeder*. Ich studierte damals zum zweytenmal in diesem berühmten Musensitz, wo die Freundschaft so vieler grofsen Männer, vorzüglich die eines *Meiners* und *Heyne*, mir den Aufenthalt eben so lehrreich als unvergeſslich machte.

Botanik war da meine Hauptbeschäftigung, besonders in Rüksicht auf *Theophrast*, *Dioscorides*, *Plinius*, griechische und römische Dichter, die bis auf diese Stunde zu unserm Gebrauch noch nicht kritisch bearbeitet sind.

Grimsula *usque ad* Diablerets, *a* Furca *usque ad montem* St. Bernhardi. *Hinc obstructi sunt fontes venæque caloris, et præter oras* Lacus Neocomensis, *præter* Lemanum *agrum*, Valesiam, Tellinam *vallem et* Transalpinum *tractum, ubique varia et potius frigida temperies est.*

Inde multum quidem detrahitur de agri fertilitate; ipsa vero tempestatis varietas Floræ divitiis auget patriam, cum plantæ tam frigidissimi quam calidissimi cœli hac sede gaudeant, et nullam aliam regionem invenies, quæ, habita ratione tam exiguæ superficiei 950 *milliaria quadrata vix excedentis, florum quantitate cum solo patrio certet.*

deren einige 3-9 Stunden Breite haben, rauben dem Land die Wärme, die ihm sonst würde zu theil geworden seyn; und wenn man die Ufer des *Neuenburger-Sees*, den *Leman*, das *Unter-Wallis*, die *italiänischen* Kantone, und das *Veltlin* ausnimmt, so herrscht in den übrigen Gegenden wenig warme und meistens abwechselnde Witterung.

So ungünstig im Ganzen dieses der Fruchtbarkeit des Bodens ist, so liegt doch gerade in dieser Abwechslung des Clima die Ursache des grofsen Reichthums der Flora, indem die Pflanzen des kältesten Norden, wie des glühenden Süden auf ihm gedeihen, und keine Gegend der Welt kann ihm in Verhältnis zu seinem Flächen-Innhalt, der ungefehr 950 Quadrat-Meilen beträgt, den Vorrang streitig machen.

Facile concedimus, vivido caloris halitu augeri præcipue incrementum plantarum, quare frigoris causa illa Georgia meridionalis *plantas spontaneas nonnisi* duas *profert, contra fervidissima* Madagascar 5000 *gignit. Sed æque pariterque verum est „primarios montes, illa columina mundi „ esse præ omnibus sacram sedem „ Floræ divinæ, quam ornat propriis „ et omnis generis herbis" et cum partim summa orbis veteris cacumina Helvetiam cingunt, partim plumbeus auster valles plurimas perflet, ne mireis, quæso, si genera plantarum* 496 *et circiter* 1800 species *præter Cryptogamicas numeremus, quæ ad* 1000 *accedunt.*

Ut Lectores benevoli melius rem

colligere

Es ist ſreylich wahr, daſs Wärme die Mutter einer üppigen Vegetation ist, daher findet man im kalten *Süd-Georgien* nur *Zwey* wildwachsende Pflanzen, und hingegen 5000 im heiſsen *Madagascar.* Allein es ist eben so wahr, daſs in *Urgebirgen* die Flora vorzüglich reich und eigenthümlich gedeiht; und da theils die höchsten Gipſel der alten Welt sich bey uns finden, theils manche Thäler vom heiſsen Südwind durchstrichen werden, so zählen wir auch 496 bekannte *Gattungen*, und ohngefähr 1800 Arten ohne die Cryptogamisten, die nahe an 1000 seyn werden.

Um dem Leser Gelegenheit zu fei-

colligere possint, proprietates calidæ et frigidæ regionis, ante omnia tamen elementa *montium divitum plantis enumerare constitui qualia accepi ab Amico* Eschero, *fossilium regni peritissimo et indefesso scrutatore.*

Gamor, Hohencasten, Hohenmesmer *ceterique montes* Abbatiscellanorum *omnes constant lapide calcareo squameo vel denso, cui aliquid argillosæ et siliceæ terræ, et aliquantulum saxi particulas ferri continentis admistum est.* —

Albis et Uetliberg *(montes Agri Tigurini) varie alternant Margam et Saxum arenarium, quod bituminco vinculo gaudet. Hi montes continent Lithantraces, Lapides suillos et in propinquo Petræfacta.*

Albulam *(Rhætiæ), nunquam quidem perlustravi, sed cum vicina sit* Juliis *Alpibus, verisimiliter iisdem elementis,*

nern Resultaten zu geben, werde ich das Eigenthümliche der *kalten* und *warmen* Gegend, vor allem aus aber die Bestandtheile der pflanzenreichsten Gebirge anzeigen, wie mir mein Freund *Escher*, ein sehr gelehrter Mineralog, sie gütigst mittheilte. — „

Der *Gamor*, *Hohenkasten und Hohenmesmer* nebst dem ganzen Stock der *Appenzeller* Gebirge, bestehen insgesamt aus schuppigem nnd dichtem Kalchstein, der etwas Thon und Kieselerde enthält, nebst etwas Eisenstein-Niere.

Albis und *Uetliberg*, (in der Nähe von Zürich) sind eine Abwechslung von mannigfaltigen Mergellagern mit Sandstein, der bituminöses Bindemittel hat. Diese Gebirgsrevier enthält Steinkohlen, Stinkstein, und in ihrer Nähe Versteinerungen.

Den *Albula* (in Bündten) untersuchte ich nie, aber wahrscheinlich gleicht er dem benachbarten *Julier*, der aus Granit be-

Granite et meridiem versus Syenite constabit.

Bernhardinus *(Rhætiæ) continet Gneissum et Quarzum.*

Bernina *(Rhætiæ) varia est Granite et Syenite: hic maxime invenitur in declivitate meridionali, ubi in* Hornblendschiefer *transit. In cacumine Calcem habet, et ad latus meridionale Micam schistam cum Granatis et Schörl.*

Montium dorsa circa Oberalp *(inter Schöllinen et fontes Rheni anterioris) continent Gneissum cum Quarzo, et Micam schistam præcipue ad latus meridionale. Granata et Prechnites versus* Disentis *inveniuntur.* —

Alpes circa Rhenum posteriorem — *habent Gneissum cum magna copia Quarzi.* —

Galanda *(Rhætiæ) constat Lapide calcario et Calce schista, quæ multum argillæ continet, et facile dilabitur. (Thermæ* Fabariæ *ejus corona includuntur.)*

Speluga *(Rhætiæ) constat Gneisso et Mica schista, in cacumine invenis Calcem*

steht, in der Höhe Hornblendschiefer, und auf der Südseite Sienit hat.

Bernhardin (in Bündten) hat Gneis mit Quarz-Lagern.

Bernina (in Bündten) besteht aus mannigfaltigen Granit und Sienitarten; leztern besonders am Südabhang, wo er in Hornblendschiefer übergeht. Auf der Höhe kommt auch Kalkstein vor, und an der Südseite Glimmerschiefer mit Granaten und Schörl. —

Die Gebirge von Oberalp, zwischen den *Schöllenen und den Quellen des Vorder-Rheins* — enthalten Gneis mit Quarzlagern, auch Glimmerschiefer, besonders an der Südseite. Granaten und Prechnit kommen gegen Disentis hin vor. —

Am *Hinter-Rhein* ist Gneis mit vielem Quarz.

Galanda (in Bündten) hat Kalkstein und Kalkschiefer, welch lezterer viel Thon enthält, und leicht verwittert. (Das Pfefersbad liegt in seiner Kette.)

Der *Splügen* (in Bündten) hat Gneis und Glimmerschiefer, auf der Höhe weifsen Kalk-

albam, et ad latus meridionale Hornblendschiefer *(Corneus) et Serpentini lapidis vestigia.*

Titlis *(Subsylvaniæ) calcem habet Quarzo et Argilla mixtam; illa mixtura ad saxum arenarium accedit, hæc verò ad Margam et argillam schistam.*

Hacken *(Agri Suitensis) calce densa constat; prope viam Saxum arenarium viride invenis cum Petræfactorum copia.* —

Rigi. *Continet Brecciam cum Granite, Porphyrite, Quarzo, Calce, tractibusque Saxi arenarii et arenario vinculo, quod sæpe arenaria cubilia singulatim in Breccia format.*

Surenenses *Alpes (inter Altorfium et Engelbergenses) calce constant mixta Quarzo et Argilla; inde sæpe transit in Margam schistam et Argillam schistam. Latus orientale Gneisso gaudet.* —

Engelbergenses Alpes. *Calcem nigram continent et Calcem schistam; huic præcipue multum Argillæ admistum est.*

stein, an der Südseite Hornblendschiefer, und Spuren von Serpentinstein.

Auf dem *Titlis* (in Unterwalden) ist Kalkstein mit Quarz und Thon gemengt: im ersten Fall sich einem Sandstein, im leztern einem Mergel und Thonschiefer nähernd.

Der *Hacken* (Kanton Schwyz) hat dichten Kalkstein, und in der Nähe des Passes grünen Sandstein mit häufigen Versteinerungen.

Der *Rigi* besteht aus Nagelfluh (Breccia) mit Granit, Porphyr, Quarz, Kalk und Sandsteingeschieben, und Sandsteinbindemittel, welches oft einzelne Sandsteinlager in der Nagelfluh bildet.

Die *Surenen-Alpen* (zwischen Altdorf und Engelberg) bestehen aus Kalkstein mit Quarz und Thon gemengt, und daher oft in Mergelschiefer und Thonschiefer übergehend; die östliche Seite derselben hat Gneis.

Die *Engelberger-Alpen.* — aus schwarzem Kalkstein und Kalkschiefer, wovon besonders lezterer viel Thon beygemengt

Petrosilicem schistum per partes in calce invenis.

Pilatus. *Calcem habet Quarzo et Argilla mixtam: illa mistione peculiaria oriuntur saxa arenaria, quæ non raro plane quarziformia sunt: hac vero, inprimis ad latus meridionale, Marga schista et Argilla schista figuntur. —*

Rofsstock *(inter Muttensem et Schächensem valles) calce constat nigra squamea, cui Argilla immista est, et Lapis schistus calcarius.*

Gotthardus. *Gneissum continet ad latus boreale; in* Ursaria *valle micam schistam vides et Calcem. Meridionale latus Graniten habet et Gneissum, etiam Micam schistam et* Hornblendschiefer, *cum Granatis; circa radices Gypsum invenis. —*

Furca. *Mica schista cingitur et magna copia Quarzi; ad orientale latus illa mica ad Argillam schistam accedit et valde dilabitur.*

Grimsula. *Graniten et Gneissum habet, venasque Quarzi. —*

Gasterenses Alpes *ipse* Escherus

enthält; Kieselschiefer kommt Nierenweise im Kalkstein vor. —

Der *Pilatus* hat Kalkstein mit Quarz und Thon gemengt, im ersten Fall bildet er ganz eigne Sandsteine: die oft ganz quarzartig sind: im leztern, besonders an der Südseite, Mergelschiefer und Thonschiefer. —

Auf dem *Rofsstock* (zwischen dem *Mutten* und dem *Schächtenthal*) findet sich Kalkstein, schwarzer schuppiger mit Thon gemengt, und Kalkschiefer.

Der *Gotthard* hat auf der Nordseite Gneis, im Urselerthal Glimmerschiefer und Kalkstein, an der Südseite von oben herunter, Granit, Gneis, Glimmerschiefer, Hornblendschiefer, dito mit Granaten; am Fufse Gyps.

Die *Furka* hat Glimmerschiefer mit viel Quarzlager; an der Ostseite nähert sich der Glimmerschiefer dem Thonschiefer, und ist in starker Verwitterung.

Die *Grimsel* enthält Granit und Gneis mit Quarzgängen.

Die *Gasteren Alpen* untersuchte ich

nunquam quidem perscrutatus est; cum vero boreali lateri Gemmii *montis cohæreant, sine dubio Calce constant, qua sæpe multum Quarzi, sæpe tamen Argilla miscetur; tum speciem Calcis schistæ Margæque schistæ induit, et nonnunquam accedit ad Argillam schistam.* —

Gemmius mons *iisdem elementis gaudet quibus modo dictæ Alpes; ad latus tamen australe Quarzum rarius inventu est, frequentior vero Argilla.* —

Scheideck mons *(inter Hasli et Grindelwald) Argillam schistam et margam schistam continet, partesque Petrosilicis schisti, quibus Pyrites involvitur.*

Semproninus. *Gneisso constat, Mica schista et calcariis cubilibus.*

Rosa. *Gneissum habet quarzeaque cubilia, et ad australe latus multum Micæ schistæ.*

Sassensis vallis *Gneissum continet et Micam schistam; in intimo ejus recessu Lapidem Nephriticum invenis.* —

Sylvio *stat Gneisso.*

nie, da sie aber mit der Nordseite der *Gemmi* zusammenhängen, so bestehen sie wohl aus Kalkstein, der oft viel Quarz beygemengt enthält, oft aber auch Thon, und dann ist er Kalkschiefer, Mergelschiefer, und nähert sich zuweilen dem Thonschiefer.

Die *Gemmi* ist wie die *Gasteren Alpen;* an der Südseite aber wird der beygemengte Quarz seltener, der Thon aber häufiger.

Die *Scheideck* (zwischen Hasli und Grindelwald) hat Thonschiefer und Mergelschiefer mit Kieselschiefer-Nieren, die Schwefelkies enthalten.

Der *Simplon* hat Gneis, Glimmerschiefer, und einige Kalksteinlager.

Der *Rosa* besteht aus Gneis mit Quarzlagern; an der Südseite ist viel Glimmerschiefer.

Im *Sasser-Thal* ist Gneis und Glimmerschiefer, im Hintergrund Jade mit Schmaragdit. *(Lapis Nephriticus.)*

Der *Sylvio (Matterhorn)* besteht aus Gneis, und

Mons St. Bernhardi. *Granite gaudet et Gneisso cum Mica schista et Quarzeis cubilibus.* —

(Quinque postremo notati montes, inter quos äerius Rosa *cum* Montblanc *altitudine certat, Valesiam a meridie cingunt, et plantis ditissimi sunt.)*

Aquilejensis *regio (quæ* Hallero *florum ubertatem paraverat) Calcem continet Quarzo mistam, Argillam schistam, et Gypsum in quo aliquid Salis gemmæ et non raro Scaturigines Salis invenis.*

Montes Ormond dessus, Diablerets *et omnis catena, quæ* Enzeindaz, Panerossaz, Planevaz *ad usque* Dent de Morcle *continet, calce constant plus minusve Argilla et Quarzo mista quæque sæpe ad Margam schistam accedit, et nonnunquam petrefacta et intervalla Bituminis lithantracis plena includit. Circa* Tavigliana *arenarium Saxum invenis, viride durumque.*

der grofse *St. Bernhard* aus Granit und Gneis mit Glimmerschiefer und Quarzlagern.

(Die fünf leztgenannten Gebirge, unter denen der *Rosa* dem *Montblanc* an Höhe wenig nachgeben soll, bilden vorzüglich die südliche Alpenkette des Walliser Landes, und sind an den seltensten Pflanzen aufserordentlich reich.)

Die Gegend um Aigle (wo die Flora dem grofsen *Haller* so reiche Schätze gewährte) enthält Kalkstein mit Quarz gemengt, Thonschiefer und Gyps, in welchem sich etwas Steinsalz und nicht selten Salzquellen befinden.

Die nahen Gebirge *Ormond dessus* und *Diablerets*, nebst der ganzen Kette über *Enzeindaz, Panerossaz, Planevaz* bis an die *Dent de Morcle* bestehen aus Kalkstein der mehr und minder mit Thon und Quarz gemengt ist, oft in Mergelschiefer übergeht, nicht selten Versteinerungen und Zwischenlager von Steinkohlen enthält, und Stellenweise stark verwittert. Bey *Taviglianaz* ist harter grüner Sandstein.

Sanensis vallis *Calce, Argilla schista et Marga schista constat.* —

Stokhorn. *Calcem habet sæpe Argilla mistam; inde nonnunquam in Margam schistam transit. Cacumen ejus plane stat calce.*

Jura *densa constat calce, quæ interdum Gypso miscetur; non raro in Oolithum* (Roggenstein?) *et sæpe accedente Argilla in Margam transit.* —

Montes Wasserfalle, Chasserall et Tessenberg *calce densa gaudet.* —

Neocomenses *iisdem constant elementis. Circa* Locle *Lapidem suillum invenis, prope* Chaux de fond *Saxum arenarium, et altiorum montium plures Oolithum continent.* —

Saleva *(circa Genevam) densam calcem habet, e cinereo colore flavescentem.*

Huc usque Escheri *egregiæ gravesque annotationes, Pluribus illas de-*

Im *Saanenland* herrschen Kalkstein, Thonschiefer und Mergelschiefer.

Der *Stockhorn* hat Kalkstein, oft mit Thon gemengt, daher zuweilen in Mergelschiefer übergehend. Die Höhe ist ganz Kalkstein.

Der *Jura* besteht aus dichtem Kalkstein, mit zuweiligem Gyps. Oft geht er in Roggenstein, oft durch beygemengten Thon in Mergel über.

Die *Wasserfalle* im Kanton Basel, der *Chasseralle* oder *Gestler* (im ehemaligen Bisthum Basel), und der *Tessenberg*, haben dichten Kalkstein.

Im *Neuenburgischen* findt sich das gleiche; bey *Locle* ist Stinkstein, bey *Chaux de fonds* Sandstein, und mehrere der höhern Gebirge haben Roggenstein.

Der *Salève* (bey Genf) besteht aus dichtem gelblich grauen Kalkstein.

So weit gehen *Eschers* trefliche und körnigte Bemerkungen; er hätte sie mir

disset, si spatium mihi fuisset. Maneat interim ingenii ejus hoc pulchrum specimen, et materiem præbeat Botanogeographis.

Recensebo nunc:

1) *Plantas, quæ omnibus Alpibus sunt communes;*

2) *plantas rariores alpinas, quæ nobis communes sunt cum* Sibiria, Lapponia etc.

3) *Plantas rariores calidarum regionum;*

4) *tandem eas, quæ quibusdam regionibus aut montibus propriæ sunt.*

A. *Plantæ alpinæ communes et vulgares.*	*A.* Fast auf allen Alpen finden sich:

Veronica alpina, et aphylla. *Pinguicula* alpina. *Agrostis* capillaris. *Aira* montana *Poa* alpina. *Festuca* rubra. *Globularia* cordifolia. *Plantago* alpina. *Asperula* taurina. *Galium* saxatile. *Alchemilla* alpina. *An-*

ausführlicher gegeben, wenn es der Raum meiner Arbeit erlaubt hätte. Unterdessen bleiben sie eine schöne Skizze von dem, was er uns einst liefern wird, und der botanische Geograph kann immerhin sein Gebäude an sie reihen.

Ich werde nun noch die den meisten *Alpen gemeinschaftliche* Pflanzen, die beyden Extreme unsrer Flora, und das *Eigenthümliche* anführen, was hie und da eine Gegend oder ein Gebirge hat.

Androsace villosa. *Primula* auricula. *Soldanella* alpina. *Azalea* procumbens. *Campanula* rhomboidea, thyrsoidea, barbata et alpina. *Gentiana* lutea, acaulis et bavarica. *Astrantia* major, minor. *Athamanta* cretensis. *Phellandrium* mutellina.

Al-

Allium victorialis, schœnoprasum. *Anthericum* Liliastrum. *Rumex* scutatus, alpinus. *Epilobium* alpinum. *Rhododendron* ferrugineum. *Saxifraga* androsacea, bryoides, stellaris, cuneifolia, autumnalis, rotundifolia, cæspitosa. *Silene* acaulis. *Arenaria* ciliata, saxatilis. *Sedum* atratum. *Cerastium* strictum, alpinum. *Rosa* alpina. *Rubus* saxatilis. *Geum* montanum. *Dryas* octopetala. *Cistus* œlandicus. *Aconitum* Lycoctonum, Napellus. *Anemone* narcissiflora, alpina. *Ranunculus* aconitifolius, nivalis, alpestris. *Trollius* europæus. *Bartsia* alpina. *Myagrum* saxatile. *Draba* aizoides, hirta. *Lepidium* alpinum. *Thlaspi* montanum. *Iberis* rotundifolia. *Biscutella* lævigata. *Arabis* alpina. *Ononis* rotundifolia. *Astragalus* montanus, campestris. *Trifolium* alpinum. *Hedysarum* alpinum. *Sonchus* alpinus. *Leontodon* aureum. *Cnicus* spinosissimus. *Carlina* acaulis. *Gnaphalium* alpinum. *Erigeron* alpinum. *Senecio* Doronicum. *Cineraria* cordifolia. *Arnica* montana, scorpioides. *Chrysanthemum* alpinum. *Achillea* macrophylla,

atrata. *Centaurea* montana. *Viola* montana. *Satyrium* viride, nigrum, albidum. *Carex* saxatilis, atrata. *Veratrum* album.

B. *Plantæ alpinæ rariores, quarum plurimæ cum* Lapponia *et* Sibiria *nobis sunt communes.*

B. Einige seltene Alpen-Pflanzen, und die wir mit dem kältesten Norden, *Lappland, Sibirien* etc. gemein haben:

Veronica bellidioides. *Valeriana* celtica. *Avena* aurea. *Androsace* septentrionalis. *Aretiæ.* *Campanula* linifolia, cenisia, uniflora. *Phyteuma* pauciflora, Scheuchzeri. *Rhamnus* pumilus. *Ribes* alpinum. *Thesium* alpinum. *Herniaria* alpina. *Gentiana* nivalis, pumila, glacialis. *Eryngium* alpinum. *Bupleurum* petræum, graminifolium, caricifolium. *Sibbaldia* procumbens. *Juncus* trifidus, triglumis, spadiceus, luteus. *Aira* subspicata. *Poa* disticha. *Festuca* pumila. *Avena* distichophylla. *Arbu-*

tus alpina, Uva ursi. *Saxifraga* aspera, petræa. *Silene* Vallesia. *Lychnis* alpina. *Sempervivum* globiferum. *Potentilla* multifida, norvegica, nivea. *Delphinium* elatum. *Aquilegia* alpina. *Anemone* Halleri. *Atragene* alpina. *Thalictrum* alpinum. *Ranunculus* rutæfolius, pyrenæus, glacialis. *Isopyrum* aquilegioides. *Horminum* pyrenaicum. *Scutellaria* alpina. *Dracocephalum* Ruyschiana. *Pedicularis* incarnata, flammea, comosa. *Draba* stellata. *Cardamine* bellidifolia, trifolia. *Phaca* alpina, frigida, australis. *Astragalus* alpinus et uralensis. *Hieracium* alpinum, taraxaci. *Serratula* alpina. *Carduus* helenioides, heterophyllus. *Artemisia* glacialis, Boccone. *Erigeron* uniflorum. *Tussilago* frigida. *Senecio* incanus, uniflorus, abrotanifolius. *Achillea* Clavennæ, alpina, moschata, nana, tanacetifolia, vallesiaca. *Centaurea* rhapontica. *Filago* Leontopodium. *Viola* pinnata. *Ophrys* alpina. *Carex* curvula, juncifolia, fœtida, alpina, strigosa, ferruginea, frigida. *Salix* myrsinites, arbuscula, herbacea, reticulata, Lapponum. *Rhodiola* rosea. —

C. *Plantæ calidiorum regionum, quæ nobis sunt communes cum* Italia, Hispania et Gallia *meridionali.*	C. Wie sehr contrastieren nun mit diesen Pflanzen folgende Blüthen *Italiens, Spaniens*, des südlichen *Frankreichs* etc.

Jasminum officinale. *Rosmarinus* officinalis. *Salvia* officinalis, sclarea. *Cyperus* longus. *Agrostis* serotina. *Polycarpon* tetraphyllum. *Scabiosa* graminifolia. *Galium* rubioides. *Plantago* cynops. *Bufonia* tenuifolia. *Atropa* Mandragora. *Campanula* bononiensis. *Telephium* Imperati. *Erythronium* Dens canis. *Asphodelus* luteus. *Agave* americana. *Hemerocallis* flava. *Erica* arborea. *Laurus* nobilis. *Ruta* graveolens, montana. *Silene* gallica. *Oxalis* corniculata. *Agrostemma* coronaria, Flos Jovis. *Cerastium* tomentosum, manticum. *Phytolacca* decandra. *Reseda* Phyteuma. *Euphorbia* Lathyris. *Cactus* Opuntia. *Phi-*

ladelphus coronarius. *Punica* Granatum. *Amygdalus* communis. *Capparis* spinosa. *Cistus* salvifolius, salicifolius, appenninus. *Pæonia* officinalis. *Clematis* Flammula. *Hyssopus* officinalis. *Lavandula* Spica. *Sideritis* hyssopifolia, scordioides. *Mentha* cervina. *Origanum* creticum. *Euphrasia* viscosa. *Antirrhinum* bellidifolium. *Myagrum* perfoliatum. *Clypeola* Jonthlaspi. *Bunias* Erucago. *Lepidium* subulatum. *Sisymbrium* murale. *Arabis* serpillifolia. *Geranium* ciconium. *Sida* Abutilon. *Spartium* scoparium, radiatum. *Lupinus* angustifolius. *Coronilla* glauca. *Vicia* lutea. *Astragalus* Tragacantha. *Colutea* arborescens. *Trigonella* monspeliaca. *Hypericum* Coris. *Lactuca* augustana. *Andryala* lanata. *Carthamus* lanatus. *Santolina* chamæcyparissus. *Tanacetum* Balsamita. *Artemisia* Abrotanum. *Chrysanthemum* coronarium. *Achillea* tomentosa. *Centaurea* crupina, alba. *Micropus* erectus. *Echinops* sphærocephalus. *Serapias* Lingua. *Aristolochia* rotunda. *Andropogon* Gryllus. *Cenchrus* racemosus. *Parietaria* judaica.

Celtis australis. *Diospyros* Lotos. *Ficus* Carica. —

D. Plantæ propriæ quarundam regionum et montium.	*D.* Gewissen Gegenden eigene Pflanzen:

1) Ager Basileensis. *Kanton Basel.*

Bupleurum tenuissimum, junceum. *Silene* noctiflora. *Caucalis* leptophyllos. *Laserpitium* silaifolium. *Linum* Radiola. *Ornithogalum* minimum. *Cratægus* monogyna. *Myosurus. Lactuca* saligna. *Hieracium* cymosum. *Senecio* sylvaticus, nemorensis. *Carex* præcox *Schreb. Isnardia* palustris.

In Episcopatu olim Basileensi.	*Im ehmaligen Bisthum Basel:*

Thlaspi saxatile.

2) Rhætia. *Bündten.*

Cerastium manticum. *Clematis* Flammula. *Horminum* pyrenaicum. *Arnica* Doronicum. *Gypsophyla* fastigiata.

3) Alpes Abbatiscellanorum. *Appenzell.*

Draba pyrenaica. —

4) Thurgovia. *Thurgäu.*

Ranunculus hederaceus. *Scrophularia* vernalis. —

5) Ager Tigurinus. *Zürich.*

Lysimachia thyrsiflora. *Festuca* heterophylla, amethystina etc. —

6) Alpes Glaronenses. *Glarus.*

Hypericum Coris. *Ophrys* monophyllos. —

7) Suitensium *mons Aubrig.* | *Schwyz* auf dem Aubrig.

Sedum stellatum. —

8) Pilatus mons. Der *Pilatus.*

Ruta montana. Den *Papaver* alpinum einzig unter den Gebirgen. *Cistus* umbellatus? —

9) Gotthardus *mons.* Der *Gotthard.*

Primula minima. *Campanula* patula. —

10) Transalpina. *Die italiänischen Kantone.*

Silene gallica et saxifraga. *Helleborus* niger. *Centaurea* splendens. *Andropogon* Gryllus. *Parietaria* judaica. *Viola* Ruppii. *Schœnus* fuscus. *Salvia* officinalis.

11) Generosus *mons.* *Der Berg Generosus.*

Laserpitium trilobum. *Crepis* alpina.

Achillea

Achillea Clavennæ, tanacetifolia. *Selinum* Seguieri.

12) Valesia. *Wallis.*

Campanula bononiensis. *Caucalis* latifolia. *Rhus* Cotinus. *Telephium* Imperati. *Veronica* præcox. *Saponaria* lutea. *Silene* Vallesia. *Euphrasia* viscosa. *Antirrhinum* genistifolium. *Lepidium* subulatum. *Geranium* ciconium. *Vicia* onobrychioides. *Astragalus* exscapus, Onobrychis. *Coronilla* glauca. *Ervum* Lens. *Lactuca* augustana. *Andryala* lanata. *Santolina* Chamæcyparissus. *Artemisia* Abrotanum, Vallesiaca. *Xeranthemum* annuum. *Tragopogon* majus. *Achillea* tomentosa, Vallesiaca. *Echinops* sphærocephalus. *Ephedra* distachya. *Cenchrus* racemosus. *Bulbocodium* vernum. *Amygdalus* communis. *Dianthus* arenarius. —

Valesiæ montes. *Auf den Walliser-Gebirgen.*

13) M. Sylvio. *Auf dem B. Sylvio.*

Sempervivum globiferum. *Thlaspi* alpestre. *Arabis* Halleri. *Trifolium* saxa-

tile *All.*, *Potentilla* multifida. Leztere findt sich auch auf —

14) In M. Stock. *Dem Berg Stock.*

Der zum Nicolai-Thal gehört. Hier noch *Herniaria* alpina Vill. *Alyssum* alpestre *All.*

15) In ipsa Valle Nicolai. *Im Nicolai-Thal.*

Der *Astragalus* Leontinus. *Anemone* Halleri.

16) In Valle Saas. *Im Sasser*-Thal.

Phyteuma Scheuchzeri.

17) In M. Moro. *Auf M. Moro.*

Geranium aconitifolium, so wie *Senecio* uniflorus, welcher leztre auch auf *Fouly* und *Stock* wächst.

18) In monte St. Bernhardi.	*Auf dem St. Bernhard.*

Pedicularis incarnata. *Sisymbrium* tanacetifolium, strictissimum; und gegen Süden der *Tribulus* terrestris.

19) Ager Lemanus. *Kanton Leman.*

Arundo Donax. *Scirpus* holoschœnus, supinus. *Salvia* sclarea. *Laurus* nobilis. *Verbascum* pulverulentum. *Mentha* cer-

vina. *Tordylium* maximum. *Sisymbrium* murale. *Vicia* lutea. *Lupinus* angustifolius. *Ulex* europæus. *Anagallis* tenella. *Laserpitium* prutenicum etc.

In ejus Alpibus. *Auf den dahin gehörigen Alpen:*

Sur Champ die *Brassia* alpina;

Auf *Taveyannaz* die *Festuca* pumila. —

20) Ager Solodurensis. *Kanton Solothurn.*

Myagrum perfoliatum. —

21) Ager Bernensis. *Kanton Bern.*

Tulipa sylvestris. *Hyacinthus* botryoides. *Ornithogalum* nutans. *Sedum* annuum. *Alisma* ranunculoides. Auf dem *Tessenberg*: *Coriandrum* sativum. —

22) In Neocomensibus.	*Im Neuenburgischen.*

Die *Fritillaria* Meleagris; und auf *Creux du Vent* die *Valeriana* angustifolia. —

23) Circa Genevam. *Bey Genf.*

Antirrhinum bellidifolium. *Trifolium* incarnatum. *Lactuca* virosa. *Avena* fragilis. *Sium* nodiflorum. *Sison* Amomum. *Plantago* Cynops, Psyllium.

In vicinis montibus. Auf den nahen Bergen: *Thuiry: Aconitum* Anthora. *Doronicum* Pardalianches. Auf *Saléva:* auch das leztere; dann noch: *Turritis* Raji. *Lepidium* petræum. *Sinapis* pyrenaica. *Anthyllis* montana. *Leontodon* hirtum.

His notis facile proprietates cuiuscunque regionis agnosces, ut eligas utram velis.

Habent præterea „Campi" *Carduos,* Jasionen, Scabiosas *etc., ut alibi; in* „ agris frumentariis" *florent* Cyanus, *Githago et Raphanistrum; in* „Sylvis" Asperulæ, Pyrolæ, Circææ, Daphne *et* Prenanthes*; in* „Lacubus *et* Fluviis" Nymphææ, Potamogeton, Scirpi, Arundines *et* Typhæ; *in* „Paludibus" Andro-„ meda, Vaccinium, Sparganium; *in*

24) In Valle Tellina. *Im Veltlin.* *Angelica* Archangelica. *Asphodelus* luteus. *Serapias* Lingua. *Aristolochia* Pistolochia. —

Dieses mag genug seyn, um einzelne Gegenden zu unterscheiden, und der Botaniker kann sich daraus seine Lieblingsstelle wählen.

Uebrigens haben unsere „*Felder*" ihre Disteln, *Jasionen, Scabiosen,* wie anderwärts; im „*Getreide*" blüht die Kornblume, der Hederich, und die Rahde; im „*Schatten der Wälder*" *Asperulæ, Pyrolæ, Circæen, Daphne* und *Prenanthes;* „*Seen* und *Flüsse*" haben ihre *Nymphæen, Potamogeton, Scirpi, Arundo,* und *Typha;*

„ Ruderibus" *Hyoscyamus et Chenopodia; et inter* Rosas *ubique*

» *Rubus et Sentes tantummodo lædere*
« *natæ.*"

Caret æquis locis Helvetia , *caret desertis arenosis et ericetis magnis; propterea desunt nobis plantæ his tractibus propriæ.* Salsolas *tamen nemini invidemus.*

Cingit nos Alpium pulcherrima corona; Utinam has fines Naturæ vitæque nunquam transcendamus! Vivamus contenti! nil ultra requiramus! Sit carum cuique gremium patriæ, ut flori gremium montis!

„ die *Sümpfe*" *Andromeda*, *Vaccinium*, *Sparganium*; der „*Schutt*", sein Bilsenkraut und Gänsefuſs, und zwischen *Rosen* blühen D*ornen*, wie in der ganzen Welt. —

Groſse Flächen haben wir nicht, darum fehlen uns einige Pflanzen der Ebene, Sandpflanzen, und um das *Salzkraut* beneiden wir kein Land.

Die Natur schloſs uns in den schönsten Kranz von Alpen ein, den sie auf dieser Welt geschaffen. Möchten wir nie über diesen schönen Umriſs unsers Lebens hinausstreben, immer bedenken, daſs wir lange ihre Lieblingskinder waren, und nur dann wieder glüklich werden können, wenn wir uns so innig an unser Land schliessen, als die Blumen an ihren Berg.

Hæc sufficiunt de plantarum loco natali; cetera quam paucissimis absolvam.

Me non fugit quam imperfectum sit opus meum, attamen pro viribus scripsi. Verum in longum adhuc tempus nobis desiderio erit absoluta et integra Flora Helvetica. Sunt Alpes multæ invisæ, sunt aliæ quas sine discrimine vitæ adire vix poteris; et certe in nubiferis quibusdam culminibus herbulæ florent æque solitariæ sicut Origanum *illud* Tournefortii *in* Archipelagi *insula* Amorgo *patria sede* Simonidis *Jambi pugnacis repertoris. Præterea certo mihi persuasum est, multas cryptogamicas plantas inaccessarum habitatrices petrarum, in omne tempus latere*

Soviel zur Hauptsache in der Vorrede, und als ein kleines Resultat der Flora meines Vaterlands.

Ich weiſs gar wohl, daſs meine Arbeit nicht vollständig ist; ich that aber dabey was ich thun konnte. Wir werden auch noch nicht so bald eine *ganz* vollständige Blumenlese *Helvetiens* erhalten. Auf mancher unbesuchten, oder nur mit Lebensgefahr zu ersteigenden Alpe wird manches Pflänzchen noch lange so einsam blühen, als das *Origanum Tournefortii* auf des *Archipelagus* Insel *Amorgos*, dem Vaterland des Jambendichters *Simonides*. Auch bin ich überzeugt, daſs viele *Cryptogamisten* auf unzugänglichen Felsen dem Forscher werden verborgen bleiben, ja daſs selbst die Kälte

indefessum quemque florum studiosum, imo vix evocantur in lucem e tenebris Alpium omnes Siliquosæ, Compositæ *et* Umbellatæ, *quæ tantopere frigore gaudent. Audiant ergo botanophili* Hallerum, *cum non inveniant, qui melius dare consilium possit; inquirant in plantas planitiei proprias per omnem* Valesiam *et* Transalpinam, *fertiles illas regiones, unde singulis annis* Schleicher *novos flores decerpit; peragrent* Thurgoviam, Argoviam, Solodurenses *et* Friburgenses *agros; alpinos vero thesauros investigent per* Rhætiæ Vallisque Tellinæ *montes, ubi voluptate fructuque abundare sperat, quicunque circa* Balneum St. Mauricii *in* Engadina superiore *morari per æstatem velit.*

liebenden *Tetradynamisten*, *Syngenesisten* und *Doldengewächse* noch lange nicht alle werden gefunden werden. Der Botaniker beherzige also den Rath unsers grofsen *Hallers:* suche noch fleifsiger nach Pflanzen der *Fläche* in *Transalpinien* und *Wallis*, diesen reichen Gegenden, wo wenigstens *Schleicher* jährlich neue findet; er durchwandre das noch wenig besuchte, *Thurgau*, *Argau*, *Solothurn* und *Freyburg*, und spüre nach neuen Schäzen der Alpen im *Veltlin* und *Rhætiens* Gebirgen, wo reicher Genufs seiner warten soll, wenn er zu *St. Moriz* im hohen *Engadiner-Thal* seine Hütte aufschlägt.

Tandem observasse necesse est, me præter Hallerum, *etiam* Scheuchzeri *Itinera Alpina, fratrisque* Agrostographiam, Bauhinorum *opera et* Cappeleri *Catalogum stirpium montis* Pilati *consuluisse.*

Recentiores plantas suppeditaverunt: 1) Nova Acta Helvet. *Tom. I. pag.* 270; 2) Tractatus *quidam in* Höpfneri *Magaz. Tom. IV. p.* 24. 3) *Et partim* les Etrennes Helvetiennes *Anni* 1797.

Stirpes, quæ errore quodam præteritæ sunt, et aliæ, quas D. Schleicher *ex illo tempore invenit, quo Liber meus sub prelo sudabat, in fine notantur.*

Sequitur Index Generum, et Specierum

Zum Schluſs bemerke ich noch, daſs ich nebst *Haller*, *Scheuchzer's* Alpenreisen und die Werke der *Bauhine* benuzte.

Die neuern Pflanzen zog ich aus einer Abhandlung die in *Höpfner's* Magazin für die Naturkunde *Helvetiens* Tom. IV. pag. 24. sq. steht, aus den *Nov. Act. Helvet.* Tom. I. pag. 270. sq. und einige aus den *Etrennes Helvetiennes* vom Jahr 1797.

Was ich theils vergessen, und was seit dem Druck des Werks Herr *Schleicher* neues gefunden, werde ich am Ende desselben nachliefern.

Ein Register über die *Gattungen*

cierum secundum numeros et ordinem Halleri *dispositus.*

In ordinandis generibus secutus sum Clariss. Schreberum. *Proprias descriptiones littera S designavi; locum natalem cujusvis plantæ plerumque* Hallerus *suppeditavit, et numerus adpositus ad numerum* Historiæ Stirpium *ejusdem auctoris spectat, quæ tibi in omnibus satis est factura.*

Bernæ, D. 6. *Decembris* 1801.

und eines über die *Arten*, der Reihe nach, wie sie bey *Haller* folgen, wird den Schluſs machen.

In Anordnung der Gattungen bin ich *Schreber'n* gefolgt. Die mir eigenen Beschreibungen sind mit dem Buchstaben S bezeichnet. Die Angabe der Stellen, wo die Pflanzen wachsen, nahm ich meistens aus *Haller*, und die hinter derselben stehende Zahl deutet auf die Nummer in seinem Werk.

Bern, 6 December 1801.

Classis I.

MONANDRIA,

MONOGYNIA.

1. Hippuris. (*Tannenwedel.*) *G. pl.* 15.
Cal. o, nisi margo bilobus germen coronans; stigma acutum; semen 1, nudum.
H. *vulgaris*, fol. octonis subulatis L. *Oed. Dan.* t. 87.
In fossis et lacubus. 1572.

DIGYNIA.

2. Callitriche. (*Wasserstern.*) *G. pl.* 17.
Cal. o, petala 2 incurva, opposita; caps. 4-angularis, compressa, 2-locularis, 4-sperma.
1. C. *verna*, fol. superioribus ovalibus; flor. androgynis. L. *Oed. Dan.* t. 129.
In fossis et stagnis. 553.

2. C. *intermedia*. Fol. superioribus ovalibus, caulinis linearibus apice bifidis. *Schkuhr. Bot. Handb.* t. 1. f. e.

Ubique in stagnis, fossis et udis. 554. (florent May - Jul.)

3. C. *autumnalis*. Fol. omnibus linearibus apice bifidis; flor. hermaphroditis. L. *Loesel pruss.* t. 38.

In uliginosis, in quibus aqua sicca nudas lenticulas reliquit.

In via Worbensi, ultra Muri etc. 555.

4. C. *minima*. Fol. omnibus linearibus obtusis apice integris. *Hoppe. Schleicher* misit.

3. BLITUM. *(Schminkbeere.) G. pl.* 18.

Cal. 3-partitus; cor. o; sem. 1, globosum compressum in calyce baccato.

B. *capitatum* capitellis spicatis terminalibus. L. *Schk.* t. 1.

In Rhætia ad viam versus M. *Albulam.* Circa *Osagno* vallis Lepontiæ. 1571.

(Inveni etiam supra *Varonne* Valesiæ, sed floribus per totum caulem sparsis, ut potius B. *Virgatum* sit. S.)

Classis II.

DIANDRIA,

MONOGYNIA.

A. Flores inferi, monopetali, regulares.

4. Iasminum. (*Iasmin.*) *G. pl.* 22.

Cor. 5-fida; antheræ intra tubum; bacca ovalis 2-cocca! semina arillata.

J. *officinale.* Fol. oppositis : foliolis distinctis. L.

In rupibus circa *Chiavennam.* 529.

5. Ligustrum. (*Rheinweide.*) *G. pl.* 23.

Cal. minimus 4-dentatus; cor. 4-fida; bacca globosa 4-sperma.

L. *vulgare.* Fol. lanceolatis acutis; paniculæ pedicellis oppositis. L. *Curt.* lond. V. n. 51.

In sepibus et silvis ubique. 530.

(Var. fol. ternis, auratis, et fructu albo.)

6. Syringa. (*Flieder, Lilak.*) *G. pl.* 28.

Cor. 4-fida; antheræ intra tubum; cap-

sula ovato – lanceolata compressa bilocularis bivalvis ; semina margine membranaceo.

S. *vulgaris*. Fol. ovato-cordatis integris L. In sepibus ; etiam in aspera sylva montosa prope *Moutru* ultra templum. *En Chamblande* secundum rivum. 531.

B. Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capsulares.

7. VERONICA (*Ehrenpreis.*) *G. pl.* 32.

Cal. 4-5-fidus ; cor. 4-partita : lacinia infima angustiore, suprema maxima ; caps. obcordata, apice compressa, 2-locularis.

a. *Spicatæ.*

1. V. *spuria*. Spicis terminalibus ; fol. ternis æqualiter serratis. L.

In pascuis alpinis Rhæticis. *Scheuchz.* It. *Alp.* pag. 143.

(*Hallerus* quidem *Scheuchzeri* plantam V. *spicatæ* conjunxit, cum vero nostra synonymon sit *Bauhini* a *Linnæ* citatum, omittere nolo.)

2. V. *spicata*. Spica terminali ; fol. oppositis crenatis obtusis ; caule adscendente simplicissimo. L. *Oed. Dan.* t. 52.

a. *Spica unica* : passim in herbosis macilentis inter *Valeire* et *Montcharand* ; prope *Roche* supra scaturiginem le *Furet*, a la *Marbriére* etc.

In Valesia ad vias. In Rhætia etc. Basileæ in Sylvula ad *Neuhaus*.

b. *Spicis pluribus Hallerus* unice circa arcem St. *Tryphon* reperit, versus sacellum. 542.

(Hanc posteriorem a V. *longifolia* vere diversam non credo. S.)

3. V. *officinalis*. Spicis lateralibus pedunculatis; fol. oppositis; caule procumbente. L. *Oed. Dan.* t. 248.

Frequens in sylvis et ad oras clivorum. 540.

b. *Corymboso-racemosæ.*

4. V. *aphylla*. Fol. ovatis subhirsutis subcrenatis, caule nudo procumbente paucifloro. S.

Frequens in Alpibus. Vbique in Aquilejensibus; etiam in *Fouly*, *Jeman*, *St. Bernhard*, *Speluga*, *Neunenen*, *Stokhorn*. In altioribus montanis: *Dolaz*, *Thuiry* etc. 541.

5. V. *bellidioides*, corymbo terminali; caule adscendente diphyllo; fol. obtusis crenatis; calyc. hirsutis. L. *Hall.* t. 15. f. 1.

In alpibus editioribus: *Gotthardo*, *Fouly*, *Herbagere*, *Salanfe*, *Simplon*, *St. Bernhard*, *Enzeindaz*, *Iavernaz*, *Pràpioz*, *Dent de Midi*, *Furca*, *Speluga* etc. 543.

(Folia caulina opposita, hirsuta, 2-6.)

6. V. *alpina*. Fol. oppositis ovatis glabris subcrenatis margine hirsutis; corymbo terminali; calycibus hispidis. S. *Hall.* t. 15. f. 2. *Oed. Dan.* t. 16.

In Alpium lapidosis pascuis ubique.

B. flore albo: in Valesiæ monte *de la Pierre*. 644.

(Foliorum paria 5-6. Sæpius integerrima sunt, tunc erit V. integrifolia *Willd.* quam non separo.)

7. V. *fruticulosa*. Fol. oppositis ovato-lanceolatis glabris subcrenatis, caulinis majoribus; caulibus fruticulosis declinatis; corymbo terminali. S. *Hall.* t. 16. *Jacq. coll.* 4. t. 5.

In lapidosis subalpinis et montanis. In Aquilejensibus, in *Fouly* etc. In subalpinis circa balneum *Weissenburg*, indeque per vallem *Simmiam* et *Sanensem* ad rupes, ut inter *Combe* et *Chateau d'Oex*; in valle *Ursaria*; circa *fontem* superiorem balneorum *Leucensium* etc. 545.

(Flores carnei, lineis purpureis; calyx subhirsutus lanceolatus.)

8. V. *saxatilis*. Fol. oppositis subovatis glabris obtusiusculis, pedunculo brevioribus; corymbo terminali; caule plerumque erecto. S. I. B. III. p. 284. *Oed. Dan.* t. 342.

Albina. In Aquilejensibus non rara; in *Gotthardo, Rosselina, Speluga.* Etiam in Jura. 545. B.

(Differt a præcedente statura humiliore, flore cæruleo, calyce glabro.)

Var. in Monte *d'Arbignon* : Fol: profunde incisis, et crispis.

9. V. *serpillifolia*, racemo terminali subspicato, fol. ovatis glabris crenatis : radicalibus oppositis, caulinis alternis. S. *Oed. Dan.* t. 492.

Ubique in pratis et ad vias. 549.

B. major, foliisque majoribus rotundis -- ad vias, et in alpibus Valesianis *Fouly.*

(Flos albo- coeruleus, imo segmento pure albo.)

10. V. *Beccabunga.* racemis lateralibus; fol. ovatis planis; caule repente. L. *Oed. Dan.* t. 511.

Abundat in rivis, potissimum purioribus. 534.

11. V. *Anagallis.* racemis lateralibus; fol : lanceolatis serratis ; caule erecto. L. *Oed. Dan.* t. 903. vulgo in fossis. 533.

(Fl. tota æstate.)

12. V. *scutellata*, racemis lateralibus alternis ; pedicellis pendulis ; fol: linearibus integerrimis. L. *Oed. Dan.* t. 209.

Bernæ non rara im *Gyrenmoos*; in torfaceis *im Löhr.* Supra *Augustam* et *Friedlingen.* Biennæ in fossis *aufm Passgart* prope lacum. etc. 532.

13. V. *Teucrium.* racemis lateralibus longissimis; fol. ovatis rugosis dentatis obtusiusculis; caulibus procumbentibus. L. *Jacq. Aust.* t. 60.

Non rara in pascuis montosis et ad vias. In agro Aquilejensi inter *Roche* et *Aigle*, sub *Chamoseire* etc. Circa thermas *Leucenses.* A *Pierabot*, supra St. *Aubin* etc. (circa Tobinium in M. *Engelberg.*) 537.

(Var. flore pleno, *a la Bastie.*)

14. V. *prostrata*, racemis lateralibus; fol. radicalibus oblongo-ovatis, caulinis linearibus serratis; caulibus prostratis. S.

Frequens Basileæ in agris siccioribus et incultis; inter St. *Margret* et portam *lapideam,* in pratis supra *Ilfingen*, et copiose circa balneum *Brüglingen.* 538.

(Caules palmares, rufescentes, rigidi, subtomentosi.)

15. V. *montana*, racemis lateralibus pauci-floris; calyc. hirsutis; fol. ovatis rugosis crenatis petiolatis: caule debili. L. *Jacq. Austr.* t. 109.

Non vulgaris. In Sylva *Bremgarten* prope Bernam. Circa *Monbelliard.* 539.

(Caulis totus prostratus cubitalis; folia longe petiolata, subtus fere rubra; petala subcoerulea. *Hall.*)

16. V. *Chamaedrys*, racemis lateralibus; fol. ovatis sessilibus rugosis dentatis; caule bifariam piloso. L. *Oed. Dan.* t. 448.

Nihil vulgatius in sepibus et pratis. 536.

17. V. *urticaefolia*, racemis lateralibus; fol. ovato-lanceolatis hirtis argute serratis; caule erecto. L. *Jacq. Austr.* t. 59.

Frequens in Sylvis umbrosis. Bernæ imprimis in sylva *Wylerholz*; circa Burgdorf, in monte *Pinzberg*; circa balneum *Weissenburg*; in valle *Emmen*. Circa *Wesen*, *Altdorf*, thermas *Fabarias*, *Curiam*. Inter *Aarau* et *Solothurn*. In M. Muteto versus *Schauenburg* etc. 535.

(Flos carneus venis coeruleis.)

c. *Pedunculis unifloris.*

18. V. *agrestis*. Flor. solitariis; fol. cordatis incisis pedunculo brevioribus. L. *Oed. Dan.* t. 449.

Vulgo verno tempore, in hortis areis, ad vias. B. flore albo circa *Wabern* etc. 549.

19. V. *arvensis.* Flor. solitariis; fol. cordatis incisis pedunculo longioribus. L. *Curt. lond.* 2. n. 23.

Ubique in pratis et hortis. 548.

(Calycis duo segmenta reliquis majora. *Hall.*)

20. V. *hederaefolia.* Flor. solitariis; fol. cordatis planis quinquelobis. L. *Curt. lond.* 2. n. 19.

Vere frequens in hortis, areis, et ad vias. 550.

(Folia etiam triloba; petala calyce hispido breviora.)

21. V. *verna.* Flor. solitariis; fol. digitato-partitis; pedunculis calyce brevioribus. L. *Oed Dan.* t. 252.

In Valesia inferiori; circa Genevam. 552.

22. V. *triphyllos.* Flor. solitariis; fol. digitato-partitis; pedunc: calyce longioribus. L. *Oed. Dan.* t. 627.

Basileæ circa *novam domum*; qua itur ad *Wiesam* fl., et versus St. *Jacob.* Circa *Genevam.* In Valesia inferiore. In monte *Hermetis* circa *Scaphusiam.* 551.

23. V. *acinifolia.* Flor. solitariis pedunculatis; fol. ovatis glabris crenatis; caule erecto subpiloso. L. *Vaill. Paris.* t. 23. f. 3.

Hallerus loci oblitus. 547.

8. GRATIOLA. *(Purgierkraut)* G. *pl.* 37.

Cal. 7-phyllus, segmentis 2 exterioribus patulis; cor. irregularis 4-partita, lacinia superiore latiore reflexa; Stam. 4, 2 breviora sterilia; caps. ovata, 2-locularis.

G. *officinalis*. Fol. lanceolatis serratis; flor. pedunculatis. L. *Oed. Dan.* t. 363.

Frequens in udis: ut *Ebroduni* inter arcem et lacum. *Aux Grangettes* versus lacum Lemanum. Circa *Boudry*, *Colombier*. *Anet*. Ad Lacum *Luganensem* et *Clavenensem*. 329.

B. Alpina minima. in M. *Braulio* Rhætorum Iulio floret. I. *Bauh.* III. p. 435.

9. PINGUICULA. *(Fettkraut.)* G. *pl.* 40.

Cal. bilabiatus 5-fidus; cor. ringens calcarata; Stamina curva calyce breviora; stigma 2-labiatum; caps. ovata 1-locularis.

1. P. *vulgaris*. nectario cylindraceo longitudine petali. L. *Oed. Dan.* t. 93.

Frequens in udis circa Bernam, ultra *Seelhofen* et *Seedorf*; circa *Yvorne*, *Nods*. Ad Rhenum inter *Langwisen* et *Paradies*. Etiam in Alpibus, *Gotthardo* et in montibus *Thuiri*, *Uetliberg*. 292.

(Folia glutine rorida; caulis aphyllus uniflorus; flos nutans violaceus.)

2. P. *alpina*, nectario conico petalo breviore. L. *Oed. Dan.* t. 453.

In alpinis ubique; in herbidis montium vallis *Emmiæ*; in M. *Waach*, supra *les Plans*, *en Chapuise* etc. 293.

(Flos albus, medio luteis villis pubescens.)

10. UTRICULARIA. (*Wasserschlauch.*) *G. pl.* 41.

Cal. 2-phyllus æqualis; cor. ringens calcarata; stamina incurva, antheræ cohærentes; caps. 1-locularis.

1. U. *vulgaris*, nectario conico; scapo paucifloro. L. *Oed. Dan.* t. 158.

Gumlingæ in *torfetorum* fossis, circa *Noville*, *Payerne*, *Champion* etc. Inter *Brüglingen* et versus *Hiltelingen*. Circa Lacum Felinum et St. Gallen. Versus *Paradies*. 20*.

(Folia capillaria in aquis natantia; flores flavi.)

2. U. *minor*. nectario carinato. L. *Oed. Dan.* t. 128.

In paludosis circa *la Chetelaz*, 291. et Bernæ im *Gyrenmoos*. in *Addend.*

C. *Flores inferi monopetali irregulares. Fructus gymnospermi.*

11. VERBENA. (*Eisenkraut.*) *G. pl.* 43.

Cal. 5-dentatus, unico dente truncato;

cor. semiquinquefida incurva ; stam. 2-4 intra tubum ; antheræ incurvæ.

V. *officinalis*, tetrandra ; spicis filiformibus paniculatis ; fol. multifido-laciniatis ; caule solitario. L. *Oed. Dan.* t. 628.

Ubique ad vias orasque fossarum. 219.

12. LYCOPUS. *(Wolfsfufs.) G. pl.* 44.

Cor. 4-fida, lacinia unica emarginata ; stam. distantia ; sem : 4 retusa.

L. *europæus*. Fol : sinuato serratis. L. *Fl. Dan.* t. 1081.

Abunde in aquosis. 220.

(Var. fol. glabris aut villosis, magis aut minus incisis, et pinnatis.)

13. ROSMARINUS. *(Rosmarin.) G. pl.* 49.

Cor. inæqualis, labio superiore bi-partito, inferiore trifido ; stamina simplicia cum dente versus labium superius inclinata, eoque longiora.

R. *officinalis*. L.

Aux *Ganges* loco deserto ; in alveo torrentis qui pagum *Montru* dividit, et ad pedem rupium gypsearum prope *Bex* 250.

14. SALVIA. *(Salbey.) G. pl.* 50.

Cor. inæqualis ; filamenta brevissima duobus filis transverse instructa, quornm extre-

mitati inferiori glandula, superiori anthera insidet.

1. S. *officinalis*. Fol. lanceolato-subovatis integris crenulatis; flor. interrupte-subverticillatis; calycum dentibus aristatis. *Wulf.*

(In Helvetia transalpina inventam misit Cl. *Schleicher.*)

2. S. *pratensis*. Fol. cordato-oblongis crenatis: summis amplexicaulibus; verticillis subnudis; corollis galea glutinosis. L.

Frequens ad vias et in pratis macilentis, Majo, Junio. 253.

(Var. flore albo, rubro, cæruleo et carneo.)

3. S. *verticillata*. Fol: cordatis crenato-dentatis; verticillis subnudis; stylo corollæ labio inferiori incumbente. L.

In agro Aquilejensi cis rivum *la grand Eau*, in ipso pago *Leisin*; ad pedem montium inter les *Gauges* et *le Furet*; in monte *Luan*, etiam circa *Echarpigny*. 251.

4. S. *glutinosa*. Fol. cordato-sagittatis serratis acutis. L.

Nihil frequentius in subalpinis: descendit ad usque *Glerolle*, et ad lacum, et *Bevieux*. In M. *Jura* etiam frequens; in M. *Muteto*, circa *Höllstein*; *Langenbruck*, *Wallenburg*, in ipsa demum urbe Basileensi. 252.

D. *Flores Superi.*

15. CIRCAEA. *(Hexenkraut.) G. pl.* 31.

Cal. superus 2-partitus; cor. 2-petala patens; caps. hispida 2-valvis a basi versus apicem dehiscens.

1. C. *lutetiana*, caule erecto; racemis pluribus; fol. ovatis subdentatis, ore hirsutis. S. *Oed. Dan.* t. 256.

Frequens in sylvis umbrosis æstate. 813.

2. C. *intermedia,* caule erecto subramoso; fol. ovato-cordatis acuminatis subrepandis dentatis, glabris summis sessilibus. S.

Cl. *Schleicher* invenit.

3. C. *alpina*, caule adscendente; racemis pluribus; fol. cordatis dentatis glabris. S. *Oed. Dan.* t. 210.

Ad arbores putridas, inque rupibus subalpinis et montosis. In adscensu montis *Nessi,* in M. *Enzeindaz*, *Schweizerhaken*, *Chasseralle*, *Wasserfall* etc. 814.

(*Hallerus* semper plures racemos vidit, et in omnibus meis speciminibus plures sunt quam in *Lutetiana.*)

DIGYNIA.

16. ANTHOXANTUM. *(Ruchgras.) G. pl.* 58.

Cal. gluma 2-valvis, 1-flora; cor. 2-val-

vis: valvula utraque aristam e dorso inferiore emittente; antheræ utrinque bifurcatæ; sem: 1, utrinque acuminatum.

A. *adoratum*, spica oblonga ovato; flosculis subpedunculatis arista longioribus. L. *Oed. Dan.* t. 666. *Schreb.* t. 5. *Leers* t. 2. f. 1.

Ubique in Pratis et ad vias. 1491.

B. Var. spica laxiori, ramosa — in collibus et alpibus.

Classis III.

TRIANDRIA,

MONOGYNIA.

17. VALERIANA, *(Baldrian.)* *G. pl.* 60.

Cal. 0; cor. 1-petala, 5-fida, tubo a latere inferiori nectarifero, gibbo; sem. 1.

1. V. *rubra*. Flor: monandris caudatis; fol: lanceolatis integerrimis. L.

Seduni ad arcem *Tourbillon*; Neocomi *au dongeon du Chateau* etc. 213.

B. Fol. linearibus. — In Aditu scopuloso, qua ex *Creux du vent* adscenditur, ad dextra. 213. B. Hæc est. V. *angustifolia*. *Wild.* qui separavit.

2. V. *dioica*. Flor. triandris dioicis; fol. pinnatis integerrimis. L. *Oed. Dan.* t. 687.

Ubique in pratis udis.

B. Foemina cum rudimentis staminum, foliis latioribus subrotundis non laciniatis, floribusque minimis pallidis.

In palustribus *Michelfeldensibus*; inter *Wittighofen* et *Deisswyl*. *Tobinii* in pratis udis. 208.

3. V. *officinalis*. Flor. triandris; fol. omnibus pinnatis. L. *Oed. Dan.* t. 570.

a. Fol. latioribus. — » Frequens in humidis.

b. Fol. angustioribus. — », Frequentior in sepibus, sylvis, locisque siccioribus. 210.

4. V. *tripteris*. Flor. triandris; fol. dentatis: radicalibus cordatis, caulinis ternatis ovato-oblongis. L. *Jacq. austr.* t. 268.

Minime rara in montanis et alpinis humilioribus scopulis, in M. *Wasserfall*, in montibus vallis *Emmiæ* etc. Etiam in planitie, circa *Roche a la Praisse*, et in fossis viæ ducentis versus *Vevay*. 211.

5. V. *montana*. Flor. triandris; fol. ovato-oblongis subdentatis, caule simplici. L. *Jacq. austr.* t. 269.

Frequens in *Jura*, *Wasserfall* etc. In Alpibus Aquilejensibus, in *Gemmio*, in *Obergurnigel*. Circa *Waldnacht* et lacum *Trüblisee* etc. 212.

(Folia radicalia subrotunda; dein ovato-oblonga, tandem lanceolata.)

6. V. *celtica*. Flor. triandris; fol. ovato-oblongis obtusis integerrimis. L. *Clus. pannon.* pag. 515.

In Valesiæ alpibus, *Dome*, *le Grandloe* ad dextra lacus; in montibus vallis D. *Nicolai*,

abunde magis in Vallis prætoriæ herbosis, nigra in terra. In M. *Scheinberg.* 209.

(Folia obtusiuscula; caulina 2 linearia.)

7. V. *olitoria.* Flor. triandris; caule dichotomo; fol. oblongis integerrimis; fructu simplici. *Wild.*

Vulgo in agris primo vere. 214.

(Var: fol: superioribus dentatis.)

8. V. *dentata.* Flor. triandris; caule dichotomo: fol. serratis oblongis; semine tridentato. *Wild.*

In agris vergente æstate. 215.

(Var. fol. integris.)

18. POLYCNEMUM. (*Knorpelkraut.*) *G. pl.* 72.

Cal. 5-phyllus; cor. 0; caps. membranacea; sem. 1, reniforme, splendens.

P. *arvense.* L. *Jacq. austr.* t. 365.

Circa *Branson, Orbe, Grandson, Concise, Morges,* Basileæ in segetibus ante portam D. *Johannis.* Circa *Oetlingen,* ad Wiesam. 1570.

(Folia triquetra, subulata.)

19. CROCUS. (*Safran.*) *G. pl.* 75.

Cor. 6-partita, æqualis; antheræ sagittatæ; stigmata convoluta.

1. C. *autumnalis,* stigmatibus oblique

truncatis integris; fol. linearibus margine revolutis. *Schrank. Kerner.* t. 12.

In arduis Vallis Augustæ haud procul a M. D. *Bernhardi*; in *Pilato*. 1257.

2. C. *vernus*, stigmate lobato; fol. ensiformibus margine revolutis. *Schrank. Kerner.* t. 11.

Albo flore frequens in montanis et subalpinis. Descendit etiam in planitiem, et provenit in *Prépourg* prope *Roche*, in pratis sub *Moutru*.

Flavo flore, et stigmate longiore, in der *Schwendi* Abbatiscellanorum et in Mont. Glaronensibus. 1257.

20. GLADIOLUS. (*Siegwurz.*) *G. pl.* 77.

Cor. 1-petala, 6-fida, ringens; laciniis oblongis: suprema et infima extra vel intra laterales; stamina adscendentia.

G. *communis*. Fol. ensiformibus; flor. distantibus. L.

In monte *Zurichberg* per agros. In prato inter *Burdigny* et *Thuiry*.

Minor, circa *Chur* et in montibus Abbatiscellanorum. 1261.

21. IRIS. (*Schwerdtlilie.*) *G. pl.* 79.

Cor. 6-petala, inæqualis; petalis alternis geniculato-patentibus. Stigmata petaliformia, staminibus incumbentia, bilabiata.

1. I. *germanica*, barbata; fol. ensiformibus glabris falcatis brevioribus scapo multifloro. L. *Bull.* t. 141. — .

In Helvetia vitifera ubique. Basileæ *an der Baar* ad Rhenum, ad arcem *Münchenstein*. In Aquilejensibus abunde in ruderibus *St. Triphon*, ad viam a *Glerole* ad *Vevay*, a *la Tour*, in rupestribus *Passgartflüh* prope Biennam etc. 1258.

2. I. *Pseud-Acorus*, imberbis; fol. ensiformibus; petalis alternis stigmate minoribus. L. *Oed. Dan.* t. 494.

In omnibus fossis aquosis. 1260.

3. I. *sibirica*, imberbis; fol. linearibus; scapo subtrifloro tereti; germinibus trigonis. L. *Jacq. austr.* t. 3.

Rara: *Michelfeldæ*. 1259.

22. Schoenus. (*Knopfgras.*) *G. pl.* 92.

Glumæ paleaceæ univalves congestæ; Cor. o; sem: 1, subrotundum inter glumas.

1. S. *Mariscus*, culmo tereti; fol. margine dorsoque aculeatis. L. *Scheuchz.* p. 375. t. 8. f. 7. — ».

Circa Lacum Felinum. Abunde in humidis inter *Vervay* et *le Turet* haud longe *Roche*. In lacu Neocomensi prope *Grandson*. 1343.

2. S. *nigricans*, culmo tereti nudo; capi-

tulo ovato; involucri diphylli valvula altera subulata longa. L. *Scheuchz.* pag. 349. t. 7. f. 12. 13. 14.

Vulgo in udis: *in der Eymatte*, circa *Seedorf*, *Vervay* etc. Copiose ad Lacus *Felini* ripam orientalem. Junio floret. In *Pilato* etc. 1347.

3. S. *ferrugineus*, culmo tereti nudo; spicam æquante. L.

Schleicher invenit in torfaceis.

4. S. *fuscus*, culmo tereti folioso; spiculis subfasciculatis; fol: filiformibus canaliculatis. L.

Schleicher invenit prope *Locarno*.

5. S. *compressus*, culmo subtriquetro nudo; spica disticha, involucro monophyllo. L. *Leers.* t. 1. f. 1.

Bernæ in palude inter utrumque balneum *Anzihlianum*, in insula *Hunzikerau*. In pratis circa *Noville*. Ad Rhenum circa *Crenzach*, ad rivum *Birsig*. Circa Tigurum. Etiam in Alpibus, *Fouly*, *Gotthard*. 1342.

6. S. *albus*, culmo subtriquetro folioso; fol. canaliculatis carinatis subulatis; flor. fasciculatis. *Roth. Oed. Dan.* t. 320. *Scheuchz.* p. 503. t. XI. f. 11.

Passim in torfaceis: circa *Seedorf*, *im Löhr*,

prope *Vervay*. A *la Brevine*; frequens circa Lacum Felinum autumno. 1341.

(Flores juniores albi, per ætatem fulvi ant rubelli.)

23. CYPERUS. (*Cypergras.*) *G. pl.* 93.

Glumæ paleaceæ distichæ imbricatæ; semen 1, triquetrum, acuminatum, nudum.

1. C. *longus*, culmo triquetro folioso; umbella foliosa supradecomposita; pedunc: nudis; spicis alternis. L. *Scheuchz.* pag. 378. t. 8. f. 12.

Circa *Chiavennam* inventum misit Cl. *Schleicher.*

2. C. *flavescens*, culmo triquetro nudo; umbella triphylla; pedunc: simplicibus; inæqualibus; spicis confertis lanceolatis. L. *Schk.* t. 7.

Vulgo in aquosis, ad vias et fossas. 1348.

B. Minor, *Scheuchz. Gram.* p. 386. t. 9. f. 13. florent Julio et Augusto.

3. C. *fuscus*, culmo triquetro nudo, umbella trifida, pedunc. simplicibus inæqualibus; spicis confertis linearibus. L. *Oed. Dan.* t. 179.

Etiam in udis, sed aliquanto rarior. Ad viam *Worbensem*, aux *Grangettes*; *Seewæ* Solodurensium. Aux *Convers*, a *Nodz*. *Mi*-

chelfeldæ, *Friedlingæ*, ad *Birsam* et *Birsig*. Ad Lacum *Felinum* Julio floret. 1349.

(Differt a præcedente : culmo vere triquetro et crassiore, panicula ramosiore, squamis minoribus et acutioribus.)

24. SCIRPUS. *(Binsengras.)* G. *pl.* 94.

Spica undique imbricata squamis ovatis plano-inflexis ; sem. 1, triquetrum, acuminatum, subnudum.

Spica unica.

1. S. *palustris*, culmo tereti nudo; spica subovata terminali. L. *Oed. Dan.* t. 273. *Leers.* t. 1. f. 3.

Vulgo in palustribus. 1336. Fl. Junio.

(Setæ 3-4 e basi seminis.)

2. S. *ovatus*, culmo compresso nudo; spica ovata nuda terminali. S. *Roth.*

(Hunc in pratis udis circa *Bellinzonam* inventum misit *Schleicher*; sed a priori vere differre non credo. Squamas habet rufo-spadiceas ora alba, spicam rotundiorem, et erit varietas, cujus *Hallerus* meminit, quamque ad S. *capitatum* spectare credebat. Diversus tamen credi debet ob flores diandros.)

3. S. *caespitosus*, culmo striato nudo; spica bivalvi terminali longitudine calycis; radicibus

cibus squamula interstinctis. L. *Scheuchz.* p. 363. t. 7. f. 18.

In Alpium humidis floret *Jul.* et *Aug.* v. gr. in udis circa pedem Montis *Forcletaz, aux Barmes*, in *Fouly* etc. 1334.

4. S. *Boeothryon*, culmo tereti striato nudo basi vaginato: vagina truncata; spica terminali pauciflora bivalvi: valvulis ovatis spica brevioribus, margine scariosis: exteriore breviore. *Ehrh. Oed. Dan.* t. 167. *Scheuchz.* p. 566. t. 7. f. 21.

In Alpibus et udis circa Lacum Felinum. In villa *Bodenaker* in sabulosis fossis ad sinistra; in viis humidis insulæ *Hunzikerau*; in *Gotthardo* etc. 1335

5. S. *acicularis*, culmo tereti nudo setiformi; spica ovata bivalvi; seminibus nudis. L. *Oed. Dan.* t. 287.

Magna copia ad stagnum supra pagum *Herzogenbuchsee*; tum ad Lacum Lemanum prope les *Grangettes*, et circa Basileam; in fundo piscinæ prope *klein Riechen.* Circa Lacum Felinum; circa *Spietz* ad lacum etc. 1346.

6. S. *campestris*, culmo striato nudo; spica terminali calycem bivalvem vix superante; glumis calycinis oblongis apice mem-

branaceis obtusis æqualibus. *Roth. Catal. bot.* I. 5. *Scheuchz.* pag. 364. t. 7. f. 19.
In paludosis et Alpibus.

Culmo tereti polystachyo.

7. S. *lacustris*, culmo tereti nudo; spicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. L.
Frequens in lacubus et aquis stagnantibus. 1337.
(Panicula lateralis, setæ 5-6 ad basin seminis. Floret Jun. Jul.)

8. S. *setaceus*, culmo nudo setaceo; spicis lateralibus subsolitariis sessilibus pedunculatisque. *Roth. Leers.* t. 1. f. 6.* *Oed. Dan.* t. 511.
In sylva *Urhan.* Basileæ prope *Neuhaus*, in sylva *Wylensi*, *die Hard* ad *Wiesam.* 1345. *Schleicher* misit.
Spicæ 1-3 foliolo longiore instruetæ, semen nudum.
S. *Halleri* 1344 nonnisi varietas altior est, aux *Grangettes* in fossis.)

Culmo triquetro; panicula nuda.

9. S. *triqueter*, culmo triquetro nudo; spicis subsessilibus pedunculatisque mucronem æquantibus. L.
Prope *Chessel* inventum misit *Schleicher.*

10. S. *mucronatus*, culmo triangulo nudo

acuminato ; spicis conglomeratis sessilibus lateralibus. L. *Scheuchz. Gram.* pag. 404. t. 9. f. 14.

Circa *Moville* in sylvis udis, circa *Vervay*, versus *le Furet*, et in insulis ad cives *de la Tour* pertinentibus. Basileæ versus Rhenum inter *Neudorf* et *Huningen*, et versus *Binzen*. 1338.

(Miror *Hallerum Scheuchzeri* plantam repudiasse, qui eam habet locis paludosis et udis circa Tigurum, speciatim in udis promontorii *das Horn*, circa monasterium *Rüti*, et in pratis udis *Linthæ* fluvio adjacentibus, per quæ *Vesenum* oppidum aditur.

Mucro floribus multo longior.)

Culmo triquetro, panicula foliacea.

11. S. *maritimus*, culmo triquetro, panicula conglobata foliacea ; spicularum squamis trifidis : intermedia subulata. L. *Scheuchz.* pag. 398 et 400. t. 9. f. 7-10.

(*Michelfeldae*; circa *Roche*. 1339.)

12. S. *sylvaticus*, culmo triquetro folioso ; umbella foliacea ; pedunc. nudis supradecompositis ; spicis confertis. L. *Leers.* t. 1 f. 4. *Oed. Dan.* t. 307.

Frequens in pratorum et sylvarum udis, Majo et Junio. 1340.

(Setæ 3 - 4.)

13. S. *annuus*, culmo triquetro nudo; fol. linearibus; umbella diphylla; pedunc: nudis; spicis solitariis: media subsessili, lateralibus pedunculatis. S.

Allioni. Ped. 2371. t. 88. f. 5.

In Helvetia transalpinia inventum misit. Cl. *Schleicher*. (Est S. *dichotomus*. *Willd.*)

25. ERIOPHORUM (*Dungras.*) *G. pl.* 95.

Spica undique imbricata: sqamis ovato-oblongis, laxis, membranaceis; semen triquetrum acuminatum, villis spica longioribus instructum.

1. E. *vaginatum*, culmis vaginatis teretibus; spica scariosa. L. *Oed. Dan.* t. 236.

In torfaceis *Löhr* prope Bernam, et prope *Herrenschwanden*. In M. *Wasserfalle*; à *la Chaux d'Abelle*. Copiose circa Lacum Felinum Aprilis fine et Majo etc. 1332.

B. var: minor, spica latiori et rotundiori -- *Scheuchz. Gram.* pag. 304. Prodr. t. VII.

In summarum Alpium pascuis palustribus -- e. g. in *Enzeindaz*, *Gotthardo*, *Scheidek*, *Fouly*, St. *Bernhard* etc. 1332.

(E. capitatum *Hofm. Germ.* III.)

2. E. *polystachion*, culmis teretibus; fol.

planis; spicis pedunculatis. L. *Leers.* t. 1. fig. 5.

In omnibus fere pratis humidis et uliginosis. Aprili et Majo. 1331.

B. var. angustifolia , pappo rariore « -in uliginosis circa Lacum *Felinum* « *Scheuchz. Gram.* pag. 308 « erit.

3. E. *angustifolium* » culmis teretibus, fol. canaliculato-triquetris, spicis pedunculatis » *Roth* » —

Inventum *aux Mosses* a *Schleichero* , cum *Scheuchzerus* jam *folia canaliculi in modum excavata* dixisset « l. c.

4. E. *alpinum* , culmis nudis triquetris ; spica pappo breviore. L. *Oed. Dan.* t. 620.

In udis vallis *Grindelwald.* In Aquilejensibus Alpibus , in *Gemmio, Pilato.* In pratis paludosis montis *Hirzel.* Aux marais de *l'Echelette* , *aux Pontins* , à *l'Anvers de Renan* ; in M. *Pouilleret* ; prope *Spiez* in torfacea palude etc. 1333.

26. NARDUS. *(Borstengras.) G. pl.* 97.

Cal. o ; cor. 2-valvis : valvula interiore minore ; sem. 1 , utrinque acuminatum , superne angustius.

N. *stricta* , spica setacea recta secunda. L. *Schreb.* tab. 7. *Scheuchz.* pag. 90. tab. 2. f. 10.

In Mont. *Neunenen, Gemmio, Tombey, Fouly, Iavernaz,* aliisque alpibus frequens; imo in aggeribus urbis Tiguri. 1410.

(Ab Alpicolis Suitensibus *Nätsch* vocatur. *Scheuchz.* l. c.)

DIGYNIA

A. *Flores uniflori vagi.*

27. PHALARIS. *(Glanzgras.) G. pl.* 106.

Cal. duplex uniflorus; exterior compressus carinatus, interior lanceolatus pubescens; sem. 1, acuminatum, glabrum, corollæ adnatum.

1. P. *phleoides*, panicula cylindrica spiciformi glabra, passim vivipara. L. *Oed. Dan.* t. 531.

Locis herbosis siccis et in agris Majo et Iunio frequens. 1531.

2. P. *utriculata*, panicula spicata; petalis arista articulata, vagina supremi folii spathiformi. L.

Schleicher invenit, in Valle *Tellina.*

3. P. *arundinacea*, panicula oblonga ventricosa ampla. L. *Leers.* t. 7. f. 3. *Oed. Dan.* t. 259.

In aquosis, ad fossas, circa *Tigurum, Seelhofen, Michelfelden*, etc. Majo, Junio. 1524.

4. P. *oryzoides*, panicula effusa; glumarum carinis ciliatis. L. *Schreb.* t. 22.

In rivulo versus *Hiltelingen* et *Alschwyler*, ad fossam juxta pratum Sclopetariorum; *Friedlingæ* et circa *klein Riechen*. Inter *Spiez* et *Wyler* in palustribus; etiam monente *Schleichero* circa *Roche* ad fossas. 1411. (*Leersia* oryzoides. *Willd.*)

28. Panicum. (*Fennich.*) G. *pl.* 108.

Cal. bivalvis, valvulis nervosis, exteriore minima; cor. altera hermaphrodita, altera mascula S. neutra.

1. P. *verticillatum*, spica verticillata; racemulis quaternis; involucellis unifloris bisetis; culmis diffusis. L.

In agris et inter stipulas exeunte æstate. 1543.

2. P. *glaucum*, spica tereti; involucellis bifloris fasciculato-pilosis; semin. undulato-rugosis. L. *Schreb.* t. 25. *Leers.* t. 2. f. 2.

Inter *St. Blaise* et *Neufchatel* etc. 1542.

(*Hallerus* cum sequente conjungere videtur.)

3. P. *viride*, spica tereti; involucellis bifloris fasciculato-pilosis; semin. nervosis. L. *Leers.* tab. 2. f. 2.

Locis siccis et inter fruges Junio et Julio frequens. *Scheuchz. Gram.* pag. 46. t. 2. f. 2.

4. P. *Crus galli*, spicis alternis conjugatis-

que, spiculis subdivisis, glumis aristatis hispidis, rachi quinquangulari. L. *Leers.* t. 2. f. 3.

Locis præcipue pinguibus, circa fimeta, per totam æstatem floret. Etiam ad fossas, ut *aux Grangettes* ad oram Lacus Lemani. 1544.

B. var. glumis longius aristatis.

5. P. *hirtellum*, spica composita: spiculis adpressis alternis, calyc. geminis; valvulis omnibus aristatis, extima longissima. L.

In umbrosis circa *Locarno* inventum misit Cl. *Schleicher.*

(Caulis repens pilosus; folia lanceolata, undulata subhirsuta.)

6. P. *sanguinale*, spicis digitatis, basi interiore nodosis; flosculis geminis muticis; vaginis foliorum punctatis. L. *Schreb.* tab. 16. *Leers.* t. 2. f. 6.

Frequens in hortorum domuumque areis per omnem æstatem. 1526.

B. var. *esculenta*, quæ nonnisi culmis paulo firmioribus et crassioribus spicisque pluribus 9-12 differt invenitur circa *Giornico* vallis Lepontinæ.

c. Habeo et var. a *Schleichero* missam vaginis foliisque *glabris.*

7. P. *dactylon*, spicis digitatis patentibus, basi interiore villosis; flor. solitariis; sarmentis repentibus. L. *Monti.* ic. 99.

In arenosis ad Rhenum, et littoribus lacus Lemani, v. gr. aux *Grangettes*; etiam in declivitate exteriore fossæ aquosæ Tiguri minoris Aug. et Sept. frequens est etc. 1527.

29. PHLEUM. (*Lieschgras*) G. *pl.* 109.

Cal. 2-valvis linearis truncatus, apice bicorni dehiscens; cor. inclusa.

1. P. *pratense*, spica cylindrica longissima ciliata; culmo erecto. L. *Schreb.* t. 14. *Leers.* t. 3. f. 1.

Ubique in humidis pratis.

B. var. major calyc. longius cornutis. circa *Horgen*, in agris. 1528.

2. P. *alpinum*, spica ovata cylindracea. L. *Oed. Dan.* t. 213. *Scheuchz.* Gram. p. 64. Prodr. t. 3.

In omnibus Alpibus frequens. 1529.

3. P. *nodosum*, spica cylindrica; culmo adscendente; fol. obliquis; radice bulbosa. L. *Leers.* t. 3. f. 2. *Oed. Dan.* t. 380. *Leers.* t. 3. f. 2.

Ubique in pratis, oris viarum et siccis. 1530.

4. P. *asperum*, spica cylindrica densissima; culmo recto; calyc. brevissime mucronatis. S. *Villars Delph.* t. 2. f. 4.

Frequens in agris et siccis Majo, Jun. 1531.

(Spica lævis, sed folia reliquis asperiora. Est *Phalaris* aspera *Willd.*)

5. P. *hirsutum*, spica cylindrica hirsuta laxiori; calyc. lanceolatis, cornubus hirsutis. S. *Barrel.* ic. 21. No. II.

In pratis montanis et alpinis. In M. *Tschiera* aliisque Rhæticis alpibus. In pratis supra *Ilfingen*; au *Creux du Vent*; in Valle *Bagnes*. 1532. (Est P. Michelii. *Allion.* Ped. 2138.)

30. ALOPECURUS. (*Fuchsschwanz.*) *G. pl.* 102.

Cal. 2-valvis, valvulis concavis æqualibus; Cor. 1-valvis, marginibus basi coadunatis, calyce paulo brevior.

1. A. *pratensis*, culmo spicato erecto; glumis villosis; coroll. muticis. L. *Schreb.* t. 19. f. 1. *Leers.* t. 2. f. 4.

Basileæ. In pratis montis Juræ: a *la Brevine*, *au Mont de Suze*, *aux Esplatures*, prés du Moulin de *la Chaux de fonds*. 1539.

2. A. *agrestis*, culmo spicato erecto; glumis lævibus. L. *Schreb.* t. 19. f. 2. *Leers.* t. 2. f. 5.

Passim in agris. v. g. circa Tigurum, Tobinium, inter pont de *Thiele* et *Neufchatel* etc. 1540.

3. A. *geniculatus*, culmo spicato infracto;

corollis muticis. L. *Leers*. t. 2. f. 7. *Oed. Dan*. t. 861.

Frequens in fossis aquosis. 1541.

31. MILIUM. (*Hirsegras.*) G. *pl.* 110.

Cal. 2-valvis, uniflorus: valvulis subæqualibus acuminatis; cor. brevissima; stigmata penicilliformia.

1. M. *effusum*, flor. paniculatis dispersis muticis. L. *Leers*. t. 8. 7. *Fl. Dan*.t. 1142.

Abunde in sylvis Junio, Julio etc. 1525.

2. M. *confertum*, flor. paniculatis confertis. L.

Copiose in præcipitibus sylvis montis *Tschiera*, Rhætorum. 1525. B.

32. AGROSTIS. (*Straufsgras.*) G. *pl.* 111.

Cal. 2-valvis uniflorus, corolla paullo minor; antheræ furcatæ; stigmata longitudinaliter hispida.

a. *Aristatae*.

1. A. *Spica venti*, petalo exteriore arista recta stricta longissima; panicula patula. L. *Leers*. t. 4. f. 1. *Fl. Dan*. t. 853.

In agris Helvetiæ calidioris. etc. 1480.

b. Varietatem insignem habeo a *Schleichero* missam, culmo vix spithamali, panicula rara laterali incurva.

2. A. *interrupta*, petalo exteriore aristato; panicula attenuata coarctata interrupta. L.

Hallero est var. præcedentis.

3. A. *arundinacea*, panicula oblonga; petalo exteriore basi villoso, aristaque torta calyce longiore. L.

Sub arcibus *Farnsburg* et *Wallenburg*; in Mont *Dansex. Bernæ.* Frequens in clivo septentrionali Montis *Uetliberg*, speciatim circa arcem *Mannegg*, et in sylvosis ad *Silam* Jul. et Aug. 1522.

4. A. *Calamagrostis*, panicula incrassata; petalo exteriore toto lanato apice aristato; culmo ramoso. L. *Scheuchz.* p. 146. t. 3. f. 11.

Abunde in Agro Aquilejensi ad rupes, cis aditum cuniculorum *des fondemens*, supra torrentem *Gryonne*, ad viam inter *Olon* et *Aigle* quæ dicitur *le Tombay*, supra *Yvorne*, et au Mont *d'Arvel.* Ad Littus arduum Rheni posterioris, fere e regione castri *Räzuns*, ad viam, quæ ducit ad balnea *Fontis rubri*, 1521.

5. A. *serotina*, panicula flosculis oblongis mucronatis; culmo obtecto foliis brevissimis. L.

Ad rupes calidas Valesiæ repertam misit *Schleicher*.

(Folia brevia patentia alterna; paniculæ rami alterni.)

6. A. *rubra*, paniculæ parte florente pa-

tentissima ; petalo exteriore glabro, arista terminali tortili recurva. L.

A la *Joux verte* Aquilejensium ; in scopulis montis *Nombrieux, supra les Plans.* 1523. ♃.

7. A. *canina*, calyc. elongatis ; petalorum arista dorsali recurva ; culmis prostratis subramosis. L. *Leers* t. 4. f. 2.

Abunde in pratis humidis inter *Villeneuve* et *Perausàz*, circa Lacum *Felinum* et alibi copiose. 1479.

8. A. *alpina*, fol. setaceis ; panicula coarctata ; calyc. hispidiusculis coloratis ; petali exterioris arista dorsali articulata recurva corollæ æquali. S. *Scheuchz. Gram.* p. 140. Prodr. t. IV. *Scop. Carn.* 86.

In siccioribus Alpium pratis ; v. g. in Valle *ursaria*, Mont. *Speluga, Gotthard, Taveyanaz, St. Bernhard*, etc. 1477.

9. A. *rupestris*, fol. setaceis ; panicula laxa ; calyc. exasperatis ; arista dorsali articulata recurva flore duplo longiori. S. *Allioni.* Ped. 2161.

In siccis et apricis Alpium montiumque ; in *Fouly, Prapioz, Gotthardo, Stok.* 1478.

10. A. *vinealis*, calyc. coloratis ; petalorum arista dorsali longitudine fere calycis ; culmis adscendentibus. *Schreb. Hofm. Germ.* p. 25.

Frequens circa *Tigurum* in viis vinearum. 1481.

11. A. *gigantea*, paniculæ parte superiore prius florente, patentissima, calycib. hispidis; petalo exteriore glabro, dorso superne subaristato; culmo erecto. *Roth. Germ.*

In sylvis montanis *Schleicher* invenit.

(Solam varietatem præcedentis, e loco natali ortam, credit. Cl. *Willd.*)

b. *Muticae.*

12. A. *stolonifera*, paniculæ ramulis patentibus muticis; culmo repente; calyc. æqualibus. L.

Abunde ad vias. 1473.

13. A. *hispida*, ramis paniculæ patentis verticillatis; calyc. æqualibus hispidiusculis; flosculis muticis. *Willd. Oed. Dan.* t. 163. *Leers.* t. 4. f. 3.

In pratis, arvis, etiam in montosis circa. *Tigurum*, et in muris circa *templum aquaticum*. 1475.

14. A. *alba*, panicula coarctato-patula mutica; calyc. æqualibus dorso serratis corolla majoribus. *Hofm. Germ.* III. *Leers.* t. 4. f. 5.

In humidis et Alpium udis.

(*Hallero* est præcedentis varietas.)

15. A. *pumila*, panicula mutica secunda; culmis fasciculatis erectis. L.

In paludosis circa Lacum *Felinum* Majo et Junio floret. 1474.

(Minima folia setacea glabra striata; panicula laxa pauciflora.)

16. A. *minima*, panicula mutica filiformi, flor. alternis, fol. setaceis. S. *Scheuchz. Gram.* p. 40. t. 1. f. 7.

Schleicher invenit.

33. DACTYLIS. (*Knaulgras.*) *G. pl.* 117.

Cal. 2-valvis multiflorus: valvulis concavis carinatis: altero latere convexis latioribus semiovatis, altero angustis; interiore majore.

D. *glomerata*, panicula secunda glomerata L. *Schreb.* t. 8. f. 1. *Leers.* t. 3. f. 3.

Ubique in pratis et ad vias. 1512.

34. STIPA. (*Pfriemengras.*) *G. pl.* 121.

Cal. 2-valvis uniflorus; cor. valvula exteriore arista terminali tortili longissima, basi articulata.

1. S. *pennata*, aristis lanatis. L. *Barrel.* ic. 45.

Abunde circa *Roche*: *St. Maurice* etc. In Rhætiæ monte *Scaletta.* 1514.

2. S. *juncea*, aristis nudis rectis; calycibus semine longioribus; foliis intus lævibus. L.

(*Hallerus* cum sequenti conjungit.)

3. S. *capillata*, aristis nudis curvatis, calyc. semine longioribus; fol. intus pubescentibus. L.

Ad vias Valesiæ; circa *Sedunum*, et in muris sub *Moutru*. Copiose in petra, pago *Fontis Rubri* in Rhætia adjacente, Jul. et Aug. 1513.

B. *Flores biflori vagi.*

35. AIRA. (*Schmellen.*) *G. pl.* 112.

Cal. 2-florus, 2-valvis, valvulis æqualibus; flosculi absque interjecto rudimento.

a. *Muticae.*

1. A. *aquatica*, panicula patente; flor. muticis lævibus calyce longioribus; fol. planis. L.

Vulgo in fossis; e. g. Bernæ in vallecula *Marsiliana*; infra *Michelfelden*. 1471.

(Flores calyce vix longiores.)

b. *Aristatae.*

2. A. *subspicata*, fol. planis; panicula spicata; flosculis medio aristatis: arista reflexa longiore. L. *Oed. Dan.* t. 228. *Scheuchz. Prodr.* t. 6.

In summis Alpibus. Au *Chalet dessus*, ad dextra montis *St. Bernhard*; in montibus du *Val de Trient* et supra Bagnes. Rara. 1490.

(Culmus trientalis, dodrantalis, sub panicula denso brevique tomento villosus; folia mollia plerumque tria; panicula densa; calycis glumæ violaceæ apice aureo. Spica adulta, qualem habeo a *Schleichero* missam, tota auro refulget.)

3. A. *caespitosa*, fol. planis; panicula patente; petalis basi villosis aristatisque: arista

recta brevi. L. *Oed. Dan.* t. 240. *Leers.* t. 4. f. 8. *Scheuchz. Gram.* p. 244. t. 5. f. 2. 3.

In pratis, arvis, nemoribus, sylvis, et udis per totam æstatem floret. 1487.

5. A. *montana*, fol. setaceis; panicula angustata; flosculis basi pilosis aristatis: arista tortili longiore. L. *Leers.* t. 5. f. 2. *Scheuchz. Gram.* p. 216. Prodr. t. 4.

Ubique in alpinis et subalpinis, supra *Wazen*; in mont. *Bernhardino, Gemmio, Enzeindaz, Javernaz* etc. 1486.

(A. *alpinam* ab hac *vere* differre dubito, cujus arista etiam tortilis est, monente *Scheuchzero*, et mecum sentit *Gesnerus* in Not. Mscrptis.)

6. A. *flexuosa*, fol. setaceis; culmis subnudis; panicula divaricata; pedunc. flexuosis. L. *Leers.* t. 5. f. 1. *Oed. Dan.* t. 157. *Scheuchz. Gram.* p. 218. *Prodr.* t. 6.

In sylvosis Alpium radicibus, et copiose circa Basileam in querceto *Michelfeldensi*. 1486. B.

(*Hallerus* nonnisi varietatem *adultam* præcedentis credit.)

7. A. *canescens*, fol. setaceis, summo spathaceo paniculam inferne involvente. L. *Fl. Dan.* t. 1023. *Scheuchz.* p. 242. t. 4. f. 29. 30.

C, B. in mœniis Basileensibus. 1483

(Arista in medio cincta denticulis, infra cras-

sior fusca, supra tenuior subclavata albida. L.) *Schleicher* etiam invenit.

8. A. *caryophyllea*, fol. setaceis; panicula divaricata; flor. aristatis distantibus. L. *Oed. Dan.* t. 382. *Barrel.* ic. 44. n. 1. *Scheuchz.* t. 4. f. 15.

In siccioribus Alpium pascuis. Inter *Bocca d'Adda* vallis *Tellinæ* et *Morbegno.* Basileæ ad *Birsam* et *Birsig* fl. *auf dem Birsfeld*, versus *Haltingen*, ad *Wiesam.* 1482.

9. A. *Valesiaca*, fol. setaceis convolutis; culmo subnudo; panicula densa spicata viridi-argentea; calyc. glabris; flor. villosis. S.

Ad margines agrorum Valesiæ inferioris. 1445.

36. Melica. (*Perlgras.*) G. *pl.* 113.

Cal. 2-valvis, 2-florus; corpusculum inter flosculos turbinatum, pedicellatum; antheræ utrinque bifurcatæ; sem. 1, ovatum, altero latere sulcatum.

1. M. *ciliata*, flosculi inferioris petalo exteriore ciliato. L. *Scheuchz. Gram.* p. 174. t. 3. f. 16. Et J. J. *Scheuchz.* It. Alp. p. 37. t. 4. f. 1.

In muris circa *Roche*, *Aigle*; in Valesia; *Biennae*; *Badae* ante portam novæ arcis; *Altdorfi* etc. 1517.

(Etiam in montosis.)

2. M. *nutans*, petalis imberbibus; panicula nutante simplici. L. *Schreb.* t. 6. f. 2. *Scheuchz.* Gram. p. 171. 3. f. 16.

Vulgo in montibus et umbrosis Maj. Jul. floret. 1472.

3. M. *uniflora*, panicula rara; calyc. 2-floris; flosculo altero hermaphrodito, altero neutro. *Retz.* Obs. *Fl. Dan.* t. 1144.

Jisdem locis vulgaris.

(*Hallerus* a præcedenti non separare videtur, et Cl. *Willd. Scheuchzeri* plantam ad hanc citat.)

4. M. *cærulea*, panicula coarctata; flor. cylindricis. L. *Oed. Dan.* t. 239. *Leers.* t. 4. f. 7.

Frequens in paludosis, torfaceis circa *Seedorf*, *Vervay* etc. Prope *Neuhaus*, in sylva *Wylensi* et *Wasserfall*; in pratis sterilioribus udis et Alpibus. 1518. B.

b. *major*, panicula ampliore. *Scheuchz.* p. 207. t. 4. f. 11. 12.

In sylvosis; circa *Roche*, ad Lacum Lemanum; in pratis circa *Aigle*, *Tobinium* etc. (*Riedtgras* nostratibus.) etc. 1518.

c. panicula longissima, in montium *Uetliaci* et *Albii* sylvosis culminibus.

Omnes autumno florent, similes omnes excepta statura. Culmus fere enodis; flos plerumque unicus; si duo, tunc alter pedunculatus, uterque viridis, aut violaceus, si adultior est.)

C. *Flores multiflori vagi.*

37. POA. (*Rispengras.*) G. pl. 114.

Cal. 2-valvis, multiflorus; spicula ovata: valvulis margine scariosis acutiusculis.

1. P. *aquatica*, panicula diffusa; spiculis 6-floris linearibus. L. *Leers.* t. 5. p. 5. *Fl. Dan.* t. 920.

In fossis circa *Biennam* et *Ebrodunum*; circa *Crenzach* et *Michelfelden*; infra *Neüdorf*. Copiose in *Broja*, inter Lacus Moratensem et Neocastrensem, fl. Maj. Jun. 1454.

(Culmus 6-pedalis; folia latissima; panicula pedalis ramosissima; spiculæ 6-8 floræ spadiceo-virides.)

2. P. *alpina*, culmo debili; panicula densa diffusa; spiculis 4-8 floris coloratis; calycis glumis æqualibus, floralium dorso sericeo. S. *Scheuchz.* Gram. p. 186. Prodr. t. 3.

Vulgo in Alpinis et montosis etc. 1456.

b. *Vivipara*, *Scheuchz.* Gram. p. 212. t. 4. f. 14.

Jisdem locis frequens. 1456. B.

c. *Minor*, culmo dodrantali purpurascente; fol. perangustis; panicula laxa patente; calycis valvula altera angustiore; flor. ex spadiceo-viridi-argenteo variegatis. *Scheuchz.* *Gram.* p. 190. Prodr. p. 20. t. 3.

In Alpium pratis altioribus, v. g. in *Rothenhorn*, *Sulz*, *Glütschegg*, *Hohrein*, supra vallem *Kienthal* etc. 1456. g.

3. P. *laxa*, panicula contracta subracemosa; spiculis trifloris, basi dorsoque pubescentibus. W. *Scheuchz.* agrost. p. 163. Prodr. p. 19. t. 4. *Jt. Alpin.* p. 457. t. 6. f. 16.

In pratis altioribus alpium. v. g. in summo *Bernhardino* et ad fontes Rheni posterioris. Etiam ex summis Alpibus misit *Schleicher*. 1457.

(Culmus semipedalis 1-2. foliis instructus, ad radicem vero foliosus, in matura planta purpurascens. Panicula, ex ejus geniculo supremo orta, rara; glumæ corollæ fusco-violaceæ, apice et margine membranaceo albo diaphano; stamina flava; pedunculi in matura planta violacei. Elegantissimum gramen.)

4. P. *trivialis*, panicula ramosissima diffusa: pedunculis 3-4 coalitis verticillatis; spiculis subtrifloris basi pubescentibus; vaginis foliisque subtus scabris. S. *Leers*. t. 6. f. 5.

Ubique in pratis et siccis.

(Est P. *scabra Ehrh.* et *dubia Leers. Hallerus* ab *annua* non separat 1466. S. variat panicula viridi et subviolacea.)

5. P. *Halleri*, panicula diffusa; spiculis subquinquefloris; glumis calycinis acutis,

floralibus obtusiusculis basi et longitudine villosis; culmo debili adscendente. S.

In monte *Fouly*, circa les *Plans* etc. 1458.

Plantam hanc et sequentem non vidi; cum omnes nostras Poas tamen comparassem, ab omnibus diversissimam inveni. Hujus flos est ex viridi spadiceo et aureo varius.)

6. P. *juncea*, panicula stricta pauciflora; spiculis subquinquefloris basi hirsutis; culmo duro erecto. S.

In Alpibus Valesiæ superioris; circa *Praborgne*; in monte *Taveyannaz*. 1459.

(Culmi pedales, cubitales, pene lignescentes quando emarcuerunt. Panicula inelegans, disticha, ut non alia magis pauciflora sit. Calycis gluma alterna floralibus major. Flosculi virides, mucrone albo obtusiori, 4-6; gluma exterior basi hirsuta. Violaceus color calyci florique admistus, sed absque splendore, *Hall.*)

7. P. *angustifolia*, panicula densa diffusa; spiculis subquinquefloris viridi-spadiceis, nervo et basi hirsutis; culmo lævi erecto; ligula truncata. S. *Leers*. t. 6. f. 3.

Ad vias; copiose vero in aggere extimo portus Armamentarii Tigurini navalis, quod *der Schiffschopf* apellatur, Majo et Junio. *Scheuchz Gram.* p. 183. t. 3. f. 17. C. 1460.

(Culmi 2-3 pedales; folia valde angusta, in culmo latiora. *Hallerus Scheuchzeri* synonymon *P. pratensi* addit.)

8. P. *setacea*, panicula subdiffusa; spicul. subtrifloris; culmo erecto lævi; ligula truncata; fol. omnibus setaceis, radicalibus longissimis. *Dicks.* H. sicc. 14. 4. *Hofm. Germ.* III. pag. 44. *Scheuchz. Gram.* p. 178. t. 3. f. 17. B.

In omnibus pratis, in siccis et lapidosis. 1490.

Culmus 2-3 pedalis, folia angustissima, convoluta, ut setacea videantur. Panicula 3-4-uncialis; spiculæ frequenter 3, raris albisque pilis hirsutæ in basi et nervo.)

9. P. *strigosa*, panicula coarctata diffusa; spiculis ovatis subtrifloris; culmo erecto lævi; fol. angustis cæspitosis. *Hofm. Germ.* III. p. 44.

In monte *Fouly*, aux *Plans* etc. 1464.

(Culmi pedales sesquipedales; folia radicalia angustissima convoluta; spiculæ virides aut viridi-spadiceæ apicibus albis vel fuscis; radices reptantes stoloniferæ, ut in præcedenti.

Hæ tres modo dictæ species ad P. *angustifoliam Linnaei* pertinent. Separavi, secutus Clariss. *Hofmannum*. Plures adhuc addere possem *angustifoliae* varietates, circa patriam *Tobinium* lectas, ubi totius Helvetiæ prata pinguissima sunt; sed hæc sufficiant.)

10. P. *pratensis*, panicula diffusa; spiculis 2–3-floris alternis glabris minimis; culmo erecto tereti. S. *Leers.* t. 6. f. 4. *Scheuchz.* Gram. 177. t. 3. f. 17. A.

In omnibus pratis, Majo et Junio. 1465.

(Culmi 2-3-pedales, absque stolonibus.)

11. P. *gregalis*, panicula diffusissima; spiculis trifloris basi villosis; culmo ad terram infracto. S.

In pratis ubique; optimum pabulum, inde nomen imposui. 1462,

(Differt a præcedente, quacum autores confundunt, radice reptante stolonifera, culmo altiori infracto; spiculis plerumque viridibus villosis, et duriore habitu.)

12. P. *trinervata*, panicula diffusa; spiculis subquinquefloris basi nudis; glumis lanceolatis acutissimis scabris trinerviis. *Ehrh.* gr. 36. *Fl. Dan.* t. 1145.

Schleicher misit inventam in sylvis supra *Bex.*

13. P. *sylvatica*, fol. planis obtusis; culmo obliquo compresso; paniculæ diffusæ spiculis ovatis subquinquefloris lævibus. *Villars Delph.* II. pag. 128. tab. 3.

Schleicher invenit in montanis.

14. P. *annua*, panicula diffusa angulis rectis; spiculis obtusis; culmo obliquo compresso. L. *Leers.* t. 6. f. 1.

Ad

Ad vias, locis siccis, in Domuum areis toto anno floret. 1466.

(Culmus cespitosus, dodrantalis; folia brevia; spiculæ 3-5 virentes, apice et ad dimidiam marginem membranaceæ.)

15. P. *humilis*, panicula contracta angulis acutis; spiculis coloratis; culmo compresso; ligula brevi truncata. *Ehrh.* gr. 115.

Jisdem locis vulgaris.

(Differt a præcedenti, (cujus tamen varietas est,) breviori statura, spiculisque majoribus coloratis. *Hofm. Germ.* III. p. 45.)

16. P. *palustris*, panicula diffusa; spiculis subtrifloris pubescentibus; fol. subtus scabris. L.

Passim in aquosis: copiose ad margines fossæ *Tiguri* minoris; in monte *Luan* etc. fl. Jul. Aug. 1467.

(Culmi 2-3 pedales; folia radicalia plerumque arida; ligula obtusa, quandoque apice laciniata; panicula pyramidalis, semipedalis; spiculæ virides apice fusco, spadiceo, basi tenuissime villosæ. *Scheuchzerus* etiam 4 observavit, sed raro.)

17. P. *dubia*, panicula rara stricta; spiculis bifloris acuminatis basi villosis. S.

Circa *Basileam*, in muris, ut in pago *Agi*. 1468.

(Culmi recti duri, folia angusta; panicula violacea cum virore admisto, et aureo splendore in summo folliculo. *Hall.*)

18. P. *Scheuchzeri*, panicula angusta, densa, subdiffusa; spiculis subtrifloris; glumis calycinis dorso hispidis; ligula nulla. S.

In apricis Montis *Legerberg*. *Scheuchz*. Gram. pag. 180.

(Culmi pedales; folia 3-5 uncialia, glabra, angusta; pedunculi subasperi alterni; glumæ florales exteriores virides apice fuscæ glabræ. *Scheuchz*. Hanc tam diversam plantam *Hallerus* præcedenti conjunxit.)

19. P. *eragrostis*, panic. patente; pedicellis flexuosis; spiculis serratis 10-floris; glumis trinerviis. L. *Schreb. Gram*. t. 38. *Barrel*. ic. 44. n. 2.

Minima, vix biuncialis, copiose ad ripam lacus Lemani, prope *Villeneuve*, qua via regia lacum sequitur, etiam cis *Chillon*, et in Valesia.

Major circa *Basileam*, ad sepes viarum, aggeres, et in arenosis. 1450.

(Culmi debiles prostrati, in majore varietate cubitales erecti; spiculæ tenellæ subviolaceæ, primæ 5-floræ, inde 7-floræ, tandem 9floræ *Hall*.)

20. P. *rigida*, panicula lanceolata subramosa secunda; ramulis alternis secundis. L. *Barrel*. ic. 49.

Plantam humillimam, spiculis duris viridibus, circa *Genevam* inventam, misit *Schleicher*.

21. P. *compressa*, panicula coarctata subsecunda rigida; spiculis lanceolatis 6-9-flo-

ris compressis; cor. valvulis margine spadiceis; culmo declinato obliquo compresso. S. *Leers.* t. 5. f. 4. *Fl. Dan.* 742.

Ubique in muris vetustis, agris siccioribus, incultis; etiam in arenosis ad *Wiesam*, et in Argillofodinis versus *Pümpliz.* Jun-Aug. 1455.

22. P. *nemoralis*, panicula laxa, nutante; spiculis subbifloris mucronatis viridibus margine albo; culmo incurvo. S. *Leers.* t. 5. f. 3. *Scheuchz.* Gram. pag. 164. Prodr. t. 2. It. Alp. pag. 135. t. 18. f. 3.

In montium et Alpium nemorosis sylvosisque radicibus. Circa *Bernam* in dumetis, *Tobinii* in nemorosis etc. 1469.

B. Var. villosa et cirrhosa spongia ad singula genicula. *Scheuchz.* It. Alp. pag. 38. t. 5. f. 1.

In Alpium nemorosis; in *Val de Lie*; in Valle Angelimontana prope cavernam metalliferam *Bruderloch* in solo lutoso, terra pingui et nigra. Etiam *Schleicher* misit.

(Panicula priori rarior.)

23. P. *bulbosa*, panicula densa patentiuscula; spiculis ovatis 4-floris dorso et margine subvillosis; culmo tereti erecto basi bulboso. S. *Vaill.* t. 17. f. 8.

B. vivipara. *Barrel.* ic. 703.

In agris siccisque ad ripam Rheni, *Wiesæ*, et circa *Münchenstein*; *Basileæ* circa telonium

ad margines agrorum. Bernæ *auf dem Weiler-feld.* Abunde in agro Lemano ; in ipso pagulo *Sales* ; Rupe in aggeribus à *l'Eau froide.* In pago *Gonthey* Valesiæ. 1461.

(Spiculæ ex viridi et violaceo variæ.)

24. P. *disticha*, spiculis compressis quadrifloris sessilibus, disticho-spicatis. W. *Allioni.* Ped. t. 91. f. 1.

In montibus *Bernina* et *Speluga.* 1447.

(Culmus nudus; folia radicalia glauca, dura linearia ; spiculæ 5-floræ. Hall. *Sexfloras* dicit *Allioni*, paniculamque ovatam, aut spicam potius. 2208. P. *seslerioides.*)

25. P. *distans*, paniculæ ramis subdivisis ; flor. quinquefloris : flosculis distantibus obtusis. L.

Schleicher misit inventam.

(a P. *salina* non videtur differre.)

26. P. *divaricata*, paniculæ ramis corymbosis ; pedunc. clavatis ; spiculis quadrifloris ; fol. filiformibus. W. *Gouan.* Illustr. t. 2. f. 1.

In Helvetia transalpina inventam misit *Schleicher.*

(Diversissima est a præcedente : habitu multo delicatiore ; patula panicula ; pedunculis alternis, capillaribus, remotis ; spiculis subviolaceis.)

27. P. *cristata*, panic. spicata ; calyc. subpilosis subquadrifloris, pedunculo longioribus ; petalis aristatis. L. *Leers.* t. 5. f. 6.

Vulgo in pratis siccis; in asperis et rupestribus Majo et Junio. 1444.

38. BRIZA. (*Zittergras.*) *G. pl.* 115.

Cal. 2-valvis multiflorus. Spicula disticha valvulis cordatis obtusis : interiore minuta; stigmata plumosa.

1. B. *minor*, spiculis triangulis; calyce flosculis *longiore*. L. *Scheuchz.* Gram. p. 205. t. 4. f. 9.

In montosis sterilioribus Majo frequens; Julio et Augusto in Alpibus. 1449.

(Spiculæ 5-6-floræ.)

2. B. *media*, spiculis ovatis; calyce flosculis *breviore*. L. *Barrel.* ic. 16. *Oed. Dan.* t. 258. *Leers.* t. 7. f. 2.

In omnibus pratis siccis Majo floret, etiam in humidis. 1448.)

3. B. *eragrostis*, spiculis lanceolatis; flosculis viginti. L. *Barrel.* ic. 43. *Schreb.* t. 39. *Scheuchz.* Gram. p. 194. t. 4. f. 4.

Schleicher inventam misit.

(Male Viri docti *Halleri* plantam 1450 huc citant: quæ nonnisi ad *Poam* cognominem spectat, a qua differt: culmo adscendente piloso, pilis patulis; foliis latioribus brevioribus lanceolatis margine suhirsutis, adscendentibus; panicula breviore magis patente; spiculis majoribus, non violaceis ut in illa, sed cinereo-viridibus.)

39. FESTUCA. (*Schwingel.*) *G. pl.* 119.

Cal. 2-valvis multiflorus; spicula tenuis oblonga teretiuscula: valvulis acuminatis, inferiore majore. semen utrinque acutissimum.

a. *Panicula secunda.*

1. F. *ovina*, panicula secunda coarctata aristata; culmo tetragono nudiusculo; fol. setaceis. L. *Leers.* t. 8. f. 3. *Scheuchz.* Gram. p. 279. t. 6. f. 8.

Frequens in pratis siccis, collibus, muris et torfaceis, Majo 1442. *α.*

B. Var. *vivipara*, *Scheuchz.* Gram. p. 213. Prodr. t. 1. It. Alp. pag. 457. t. 20.

In siccioribus Alpium pratis; etiam in pascuis udis Alpium Rhæticarum, ad fontes Rheni posterioris.

2. F. *tenuifolia*, panicula subsecunda coarctata mutica; culmo tetragono nudiusculo; fol. capillaribus. *Hofm. Germ.* III. pag. 51. *Leers.* t. 8. f. 4. *Scheuchz. Gram.* pag. 275. t. 6. f. 6.

In torfaceis. v. gr. prope *Pümpliz.* 1442. B.

(a præcedente non differre dicit *Hallerus*, et promiscue habere et non habere aristas. *Hofmannus* antheras huic *violaceas* tribuit, quæ pri-

ori *luteæ* sunt. Spiculæ sunt tamen minores et glabriores.)

3. F. *alpina*, panicula secunda angustissima; spiculis 3-4-floris brevissime aristatis; fol. capillaribus glabris; culmo subnudo. S.

Frequens in altioribus alpibus: *Gemmio*, *Javernaz*, *Fouly*, *Enzeindaz*, *Richard*, *sur Champ.* 1442. δ.

(Panicula viridis, subhirsuta; culmus vix 4 unciarum. *Hall.* Invito *Hallero*, has duas plantas ab *ovina* separo.)

4. F. *amethystina*, panicula flexuosa; spiculis secundis inclinatis submuticis; fol. setaceis L.

In montosis et siccis, speciatim in montibus *Albio* et *Utliaco*. *Scheuchz.* Gram. p. 276. t. 6. f. 7. *Hall.* 1442. γ.

(Et hanc *Hallerus* separare nolebat, quamvis satis diversam, ut ex speciminibus video a *Schleichero* missis. Differt: culmo in recenti planta purpureo, altiori; ligula nulla, quæ in *Ovina* frequenter bifida est; panicula obscurius violacea flexuosa, quæ tamen non raro tota viridis est, monente *Scheuchzero*, et ex meorum speciminum fide etc.)

5. F. *rubra*, panicula secunda scabra; spiculis sexfloris aristatis: flosculo ultimo mutico; culmo semitereti L. *Leers.* t. 8. f. 1. *Scheuchz.* p. 287. t. 6. f. 9.

In Alpibus Aquilejensibus ubique; sic in Rhæticis, speciatim in pratis superioribus montis *Sursees* vallis *Sexammiæ*. In dorso montis *Suchet*. 1440.

(Culmi subundi, superne purpurei; folia setacea convoluta; panicula laxa subsecunda; spiculæ viridi-spadiceæ vel purpurascentes oris membranaceis.)

B. Major et multiflora: in pratis *du Val de Trient*.

6. F. *duriuscula*, panicula secunda oblonga; spiculis sexfloris oblongis lævibus; fol. setaceis. L. *Leers*. t. 8. f. 2.

Ubique in pratis siccis Majo, Junio. 1437.

(Folia juncea, spiculæ plerumque virides, arista colorata.)

7. F. *multiflora*, fol. hirsutis latiusculis; spiculis paniculatis 5-10-floris aristatis glabris. *Hofm. Germ.* III. pag. 30.

Circa *Ferriere*; ubique in pratis siccioribus circa *Tigurum*, Majo. 1435.

(Culmi 2-3-pedales; folia inferne viridia, superne hirsuta incana; panicula matura secunda viridis vel viridi-spadicea; spiculis 5-7-floris. *Scheuchz.* pag. 287.

B. Var. spiculis villosis. *Scheuchz.* l. c.

8. F. *Rhaetica*, panicula laxa subsecunda; spiculis 3-5-floris muticis; fol. linearibus glabris. S.

(Culmi semi - 1 -pedales; folia læte viridia; ligula obtusa e fusco subdiaphana; panicula viridi-violacea; coroll. valvula exterior per lentem quinquenervia dense hirsuta, dorso viridescens, ora spadicea.)

In humidis Alpium Rhæticarum Jul. Aug. florentem invenit *Scheuchz.* Gram. pag. 278. *Hall.* 1436.

(Varietatem non aristatam præcedentis credit *Hallerus* optime. Et mihi videtur, qui plantam, sine dubio, *Scheuchzerianam* habeo a *Schleichero* in Alpibus Rhæticis inventam, et missam, nomine F. *pilosæ Halleri, filii*, qui magnum patrem in botanicis æmulatur.)

9. F. *pumila*, panicula subæquali stricta pauciflora; spiculis teretibus quadrifloris glabris subaristatis; fol. setaceis. W.

In monte *Taveyannaz.* 1439.

Culmus pedalis; folia glauca dura; spiculæ violaceæ cum aureo splendore admisto; pedunculi violacei, sic culmi in parte superiore. Misit *Schleicher* plantam inventam.)

10. F. *heterophylla*, fol. laxis: radicalibus setaceis, caulinis planis latioribus; panicula rara secunda; spiculis subsexfloris lanceolatis glabris aristatis. *Jacq.* Coll. 2. p. 93.

Extra pagum *Hirslanden.* 1438.

Culmi tripedales; folia culmea lineari-lanceolata; panicula cinereo-viridis: spiculis ad 7-floris. Misit *Schleicher.*

11. F. *Halleri*, panicula stricta secunda; spiculis sexfloris teretibus hirsutis longe aristatis; fol. glaucis setaceis. S. *Allioni. Ped.* 2245.

In Montibus *Ansex*, *Jeman*, *Fouly*, *Javernaz*, *Richard.* Ad glacialia Mont: *Stok*, *St. Bernhard.* 1441.

(Planta semipedalis; panicula minima cinereo-flava; spiculæ subpedunculatæ; aristæ longæ coloratæ.

Misit *Schleicher* in Monte *Enzeindaz* inventam.)

12. F. *Myurus*, panicula spicata; calyc. minutissimis muticis; flor. scabris; aristis longis. L. *Barrel.* ic. 99. *Leers.* t. 3. f. 5. *Scheuchz.* Gram. p. 294. t. 6. f. 12.

In agris macilentis circa *Basileam* et ad *Wiesam. Bernæ* in muris sub porta *Marsiliana.* 1443.

13. F. *spadicea*, panicula erecta; spiculis ovatis 4-floris; glumis acuminatis muticis; fol. setaceis glabris pungentibus. *Smith. Act. Soc. Lin. Lond.* I. t. 10.

Ex Rhætia habuit *Hallerus.* 1463. Ego a *Schleichero* in Monte *Generoso* inventam.

(Culmus rectus cubitalis, teres, striatus; vaginæ albæ splendentes supra nigræ; spiculæ 3-4-floræ glabræ; corollæ calyce multo longiores.)

b. *Panicula aequali.*

14. F. *decumbens*, panicula erecta; spiculis subovatis muticis; calyce flosculis majore; culmo decumbente. L. *Oed. Dan.* t. 162. *Leers.* t. 7. f. 5. *Scheuchz.* Gram, p. 170. t. 3. f. 16. A. B. C.

Non rara in sylvosis et sterilibus circa *Tigurum* et *Tobinium*. In udis sylvæ *Wylensis*; etiam in Montibus, ut ad radicem montis *Tschiera*, au *Mont Pouillerel* etc. 1434.

(Culmus palmaris et pedalis; folia firma subhirsuta; panicula rara viridis.)

15. F. *elatior*, panicula decomposita, primo nutante, florente suberecta; spiculis ovato-lanceolatis acutis muticis; fol. planis. *Hofm. Germ.* III. pag. 31. *Curt.* Lond. 6. n. 66. *Leers.* t. 8. f. 6.

Frequens in aquosis, ad vias et margines agrorum etc. 1451.

(Culmi 2-4-pedales; panicula magna laxa; spiculæ 6-9-floræ ex violaeeo et viridi variegatæ, glabræ, teretes, præcipue dum clausæ sunt.)

B. Var. culmo minore; panicula rariore, angustiore; spiculis 5-7-floris viridibus, ora spadiceis, etiam, ut in sicca planta apparet, magis compressis. — Hæc est quam *Scheuchzerus* in aggere exteriore portus armamentarii Tigurini

navalis copiose Junio invenit. Misit *Schleicher*; et invito *Hallero* varietas est. 1451. β.

(Est F. *pratensis*. *Hofmanni* l. c.)

16. F. *arundinacea*, panicula erecta stricta; spiculis oblongis erectis 4-floris brevissime aristatis. *Ehrh. Hofm.* l. c. 52. *Scheuchz.* Gram. pag. 266. t. 5. f. 18.

Locis umbrosis, in aggeribus *Silæ* torrenti vicinis; *Basileæ* 1511.

(Culmi 3-5-pedales; folia arundinacea; panicula sparsa laxa pedalis; spiculæ 3-5-floræ non semper aristatæ, juniores violaceæ, inde pallentes. *Hall.* Est Bromus *littoreus Willd.*)

17. F. *loliacea*, spicula simplici disticha; spiculis subsessilibus multifloris remotis muticis. W.

Ad vias; in pratis humidis circa pontem *Birsae* et circa *Mutetum*. 1452.

(Culmus cubitalis geniculis virentibus; spiculæ violaceæ.)

18. F. *fluitans*, panicula ramosa erecta; spiculis subsessilibus teretibus muticis. L. *Oed. Dan.* t. 237. *Schreb.* t. 3. *Leers.* t. 8. f. 5.

Ubique in fossis, stagnantibus aquis, et ad ripas fluviorum, Majo, Junio. 1453.

(Culmus decumbens; panicula longa; spiculis alternis, sæpe solitariis.)

40. BROMUS. (*Trespe.*) *G. pl.* 120.

Cal. 2-valvis, patens, multiflorus; spicula oblonga, teres, disticha valvula florali inferiore majore obtusa bifida: arista infra apicem.

1. B. *secalinus*, panicula nutante; spiculis ovatis compressis; glumis nudis distinctis; aristis subulatis brevioribus flexuoso-rectis. *Roth. Scheuchz.* pag. 251. t. 5. f. 10.

In segetibus. 1502. B.

(Differt a sequente glumis glabris, aristis brevioribus, foliis utrinque asperis.)

2. B. *multiflorus*, panicula patente; spiculis lanceolatis compressis, 12-15floris: flosculis subimbricatis teretiusculis hirsutis; aristis capillaribus æqualibus rectis. S. *Weigel.* Obs. t. 1. f. 1. *Scheuchz.* pag. 250. t. 5. f. 9.

In segetibus etc. 1502.

In pratis prope *Servan* invenit *Schleicher.*

3. B. *pratensis*, panicula erecto-patente; pedunc. subsimplicibus; spiculis ovato-lanceolatis compressis suboctofloris; aristis rectiusculis glumæ longitudine. *Ehrh.* Gram. 116.

Schleicher inventum misit.

4. B. *mollis*, panicula erectiuscula; spicis ovatis pubescentibus; aristis rectis; fol.

mollissime villosis. L. *Schreb.* t. 6. *Leers.* t. 11. f. 1.

Ubique. 1504.

5. B. *squarrosus*, panicula nutante; spiculis ovatis novemfloris glabris; aristis divaricatis: culmo inferne pubescente. S. *Barrel.* ic. 24. *Scheuchz.* Gram. p. 231. t. 5. f. 11.

In segetibus Valesiæ. Basileæ.

6. B. *villosus*, panicula subnutante; spiculis ovatis villosis; aristis flexuoso-adscendentibus; culmo foliisque pubescentibus. S.

In Valesia inventum misit *Schleicher*.

(*Hallerus* a præcedente non separat. 1501. B, a quo adhuc spicis crassioribus differt. Est var. B. *Alopecuri* apud *Willd.*)

7. B. *inermis*, panicula erecta; spiculis subteretibus subulatis nudis submuticis. L. *Barrel.* ic. 25. *Schreb.* t. 13.

Circa *Bernam* et *Basileam* 1433.

(Radices villosæ; culmus 2-3-pedalis; spiculæ octofloræ. *Hall.*)

8. B. *asper*, panicula ramosa nutante scabriuscula; spiculis teretibus 6-9-floris aristatis; fol. hirsutis; culmo superne pubescente. S.

Frequens Majo, Junio, in pratis, dumetis, ad limites agrorum. 1503.

(Culmus 3-pedalis; folia molliter hirsuta, sed oris retroversa asperrima; arista nigra. *Hall.*)

9. B. *sterilis*, panicula nutante; spiculis oblongis distichis 6-9-floris; glumis subulato-aristatis sulcatis; fol. pubescentibus. S. *Scheuchz.* p. 258. t. 5. f. 14. *Leers.* t. 11. f. 3.

Ubique ad sepes, muros et vias. 1505.

10. B. *arvensis*, panicula nutante; spiculis ovato-oblongis teretibus 6-8-floris glabris. S. *Scheuchz.* p. 262. t. 5. f. 15. *Leers.* t. 11. f. 3. *Oed. Dan.* t. 293.

In agris, ad vias æstate. 1509.

11. B. *tectorum*, panicula nutante; spiculis linearibus pubescentibus 5-floris; arista tenuissima recta; fol. mollibus hirsutis. S. *Leers.* t. 10. f. 2.

In tectis et muris Majo, Junio. 1508.

(*Scheuchzerus* hunc cum B. *molli* confudit.)

12. B. *agrestis*, panicula stricta erecta; spiculis lanceolatis 5-8-floris: junioribus teretiusculis, adultis distichis, arista longioribus; fol. radicalibus angustissimis, caulinis latioribus. S. *Vaillant.* t. 18. f. 2. *Allioni. Ped.* 2224.

Frequens in pratis siccioribus *Majo*, foliis hirsutis.

B. fol. glabris: in Valle *du Trient.* 1507.

(Est B. *erectus. Hofm. Germ.* III. pag. 55. spiculæ ex viridi et purpureo-spadiceo variæ.)

13. B. *giganteus*, panicula nutante maxima; spiculis 4-floris teretiusculis arista flexuosa brevioribus; fol. latissimis glabris. S. *Scheuchz.* p. 264. t. 5. f. 17. *Schreb.* t. 11. *Leers.* t. 10. f. 1.

In aquosis et circa fossas, Jun - Aug. 1510.
(Viridis est.)

14. B. *montanus*, panicula subnutante; spiculis 4-5-floris teretibus subhirsutis, arista alba gracili paulo majoribus; fol. glabris. S. *Scopoli. Carn.* 117. *Scheuchz.* pag. 263. t. 5. f. 16.

Frequens in sylvis et aquosis; in nemorosis montis *Legerberg*, Majo et Junio. 1506.

(Culmus 2-4-pedalis; folia glabra et subhirsuta; vagina pilis rigida vel molliter villosa; ligula obtusa, spiculæ ex viridi albicantes. Hujus loci etiam *Hallero* monente ex fide horti sicci *Scheuchzeriana* planta pag. 511. t. 5. f. 19. quam viri docti minus recte ad B. *triflorum* spectare credunt, quem non habemus, qui tamen ultima planta in *Scheuchzeriano* opere designari videtur.)

15. B. *gracilis*, spica simplici nutante; spiculis alternis sessilibus remotis teretibus gracilibus 6-8-floris hirsutis, arista minori-

bus; culmo foliisque pilosis. S. *Oed. Dan.* t. 164.

In sylvosis montis *Rigi*, qua a pago *Art* ascenditur; in M. *Vogelberg*. *Au Chemin* de la *Cibour*, qua adscenditur a pago *Renan*. *Basileæ* circa *Birsam*. 1432.

β. Spiculis longioribus minus remotis et hirsutis, quæ est vera *Festuca dumetorum*.

Ubique in sylvosis nemorosis et dumetis, etiam in Alpinis et montanis 1431. ♃. flor. Jun- Jul.

16. B. *pinnatus*, spica simplici erecta disticha; spiculis alternis subsessilibus teretibus 12-floris subaristatis pubescentibus; fol. scabris; culmo lævi. S. *Weigel*. Obs. t. 1. f. 10. *Leers*. t. 10. f. 3.

Frequens in sylvosis, apricis et muris Jun. Jul. etc. 1431. *α*.

(Culmi 2-4-pedales, nonnisi geniculis villosi; vaginæ infra lanuginosæ; arista recta, gluma brevior.)

17. B. *Tigurinus*, spica simplici erecta; spiculis subsessilibus alternis subcompressis 9-15-floris villosis subaristatis; fol. hirsutis; culmo villoso. S.

In via cooperta (*chemin couvert*) Tiguri minoris, qua Proselytotrophium aditur. *Scheuchz.* Gram. pag. 37. n. 3. *Hall.* 1431. *β*. fl. Junio.

(*Hallerus* a præcedente separare nolebat, sed differt præterea, foliis non tantum *margine*, vero superne et inferne hirsutis, spiculisque minoribus.)

41. AVENA. (*Hafer.*) *G. pl.* 122.

Cal. 2-valvis multiflorus; arista e dorso corollæ spiraliter intorta, geniculo veluti reflexa.

1. A. *elatior*, paniculata; calyc. bifloris; flosculo hermaphrodito submutico, masculo aristato. L. *Schreb.* t. 1. *Leers.* t. 10. f. 4.

In segetibus nimis frequens. 1492.

β. radicibus repentibus, fibrosis, (non superimpositis et nodosis ut illa) culmis semper glabris, foliisque viridioribus —

In omnibus pratis.

(Huc spectat etiam *Halleri* Avena 1493, quæ etiam monente *Gesnero* in notis Mscptis ex fide herbarii *Scheuchzeriani*, quamvis in *udis* circa Basileam inventa, non differt.)

2. A. *mollis*, glumis bifloris nudiusculis; flosculo hermaphrodito mutico; mascula arista geniculata. L. (*Holcus mollis*) *Schreb.* t. 20. *Leers.* t. 7. f. 7. *Basileae.* 1485. (arista scabra. *Hofmann.*)

3. A. *lanata*, glumis bifloris villosis; flosculo hermaphrodito mutico; masculo arista

recurva. L. *Scheuchz.* Gram. pag. 234. t. 4. f. 24. *Leers.* t. 7. f. 6.

In omnibus pratis, potissimum locis subhumidis, et ad stagnorum oras. 1484. (*Holc.* lanatus.)

(Tota pubescit; arista brevis glabra subfusca.)

4. A. *odorata*, glumis trifloris muticis acuminatis; flosculo hermaphrodito diandro. L. *Fl. Dan.* t. 963. (*Holc.* odoratus.)

Mülhusiae versus den *Pulverthurn.* 1496.

(Folia glabra; culmus cubitalis; panicula pauciflora; *Hall.*)

5. A. *sativa*, paniculata; calyc. dispermis; semin. lævibus; altero aristato. L. 1494.

6. A. *fatua*, paniculata; calyc. trifloris; flosculis omnibus aristatis basique pilosis. L. *Schreb.* t. 15. *Leers.* t. 9. f. 4. *Scheuchz.* p. 239. t. 5. f. 1.

Basileæ ad portam *St. Johannis.* In Helvetia calidiori. 1495.

7. A. *aurata*, panicula sparsâ erecta; glumis bifloris; flosculis auratis basi villosis; fol. setaceis. S. *Allioni* Pedem. 2254.

In alpibus Penninis, supra vallem *Bagnes*; in Alpe *Kienbodenen.* 1488.

(Pulchra planta. Culmi dodrantales; junior planta calyce viridiusculo est, flore subflavo nitente; adulta, tota cum caule calyce et flore auri metallico splendore refulget. *Hall.*)

8. A. *distichophylla*, panicula subspicata; calyc. trifloris; pedunculis villosis; fol. planis distiche patentibus. S. *Villars.* Delph. t. 4.

In Alpibus editioribus: *Javernaz, Enzeindaz, Chaud, Commun; Fouly, Schönenbühl, Stok.* 1489.

(Culmi juncei, ad terram foliosi, superne subnndi, 1/2 -- 1 -- pedales; folia glauca, linearia; flores ex aureo argenteo et violaceo splendore varii.)

9. A. *flavescens*, panicula laxa; calyc. trifloris brevibus; flosculis omnibus aristatis. L. *Schreb.* t. 9. *Leers.* t. 10. f. 5. *Scheuchz.* Gram. p. 223. t. 4. f. 18.

In pratis et segetibus per totam æstatem. 1497.

β. fol. paulo latioribus et longioribus; spiculis majoribus gluma interiore minore *Scheuchz.* p. 225. t. 4. f. 19. iisdem locis.

10. A. *sesquitertia*, paniculata; calyc. subtrifloris; flosculis omnibus aristatis; receptaculis barbatis. L. *Scheuchz.* Gram. p. 220. t 4. f. 17. A. B.

In pratis et locis siccioribus Junio floret. 1497. δ.

(Non est varietas A. flavescentis, ut *Hallerus* autumat. *Willd.*)

11. A. *dubia*; paniculata; calyc. subtrifloris; flosculo infimo terminali arista recta,

reliquis apice biaristatis, dorsali arista reflexa. *Leers.* t. 9. f. 3. A. triaristata. *Villars. Delph.* t. 4.

Schleicher misit inter novas; sed erat etiam in Horto sicco *Reipublicae*, inventa in collibus siccis, apricis et sterilibus.

12. A. *pubescens*, subspicata; calyc. subtrifloris basi pilosis; fol planis pubescentibus. L. *Leers.* t. 9. f. 2. *Scheuchz.* pag. 226. t. 4. f. 20.

Frequens in pratis Majo, Junio. 1498.

13. A. *pratensis*, subspicata; calyc. 5-floris. L. *Leers.* t. 9. f. 1.

In Alpium pratis inferioribns, ut montis *Sursees* vallis *Sessamniae* supra sylvam; in montibus *Fouly*, *Luan* 1499. α.

(Folia angusta, glabra, rigidiuscula; flosculi teretes, basi pubescentes. *Hall.*)

14. A. *bromoides*, subspicata; spiculis binatis: altera pedunculata, aristis divaricatis; calyc. octofloris. L. *Scheuchz.* Gram. p. 228. t. 4. f. 21. 22.

In Alpibus Valesiacis: *Fouly*, *Jeman* etc. Frequens in pratis circa *Spelugam* Junio. 1499, β.

(Culmus pedalis; folia glauca linearia; calyces 3-5-flori; pedunculi villosi; tota planta ex viridi glauca.)

15. A. *versicolor*, subspicata; calyc. sub-

quinquefloris, rachi pilosa. *Willd. Scheuchz.* Gram. p. 231. *Prodr.* pag. 23. t. 3. *Villars Delph.* t. 4. f. 5.

Alpina: in jugis *Adulae*; in M. *Sursees* vallis Sessamniensis; in *Fouly, St. Bernhard*, supra *Bagnes*, abunde in adscensu *Gotthardi*. 1500.

(Culmi semiped-et pedales; folia radicalia caryophyllea, glabra; spiculæ ex viridis padiceo aureo et argenteo varia; arista tortilis, pedunculi villosi.)

42. ARUNDO. (*Rohr.*) G. *pl.* 124.

Cal. 2-valvis; flosculi congesti, lana cincti.

1. A. *donax*, panicula diffusa multiflora; calyc. bifloris; fol. latissimis glaucis patulis. S. *Scheuchz.* p. 159. t. 3. f. 14.

(Culmus durus 6-pedalis; folia bipedalia in quovis geniculo; summus caulis terminatur in acumen, foliis se in coni speciem convolventibus. *Hall.*)

In colle prope pagum *Olon*, sub via, quæ ducit a *Verchier*. 1516.

2. A. *Phragmites* calyc. quinquefloris; panicula laxa. L. *Leers.* t. 7. f. 1.

Ubique in fossis stagnis et oris lacuum. 1515.

β. foliis et culmo in summo fusiforme corpus componentibus.

Copiose in fossis aquosis pratorum uliginosorum circa *Wallenstadt.*

(Panicula per ætatem nutans; calyces 3-5-flori; pappus fere longitudine calycis; folia secantia.)

3. A. *epigejos*, panicula stricta erecta; calyc. unifloris corolla paulo longioribus; pappo longitudine calycis; fol. superne hirsutis, inferne glabris. S.

In sylvosis radicibus montis *Tschiera* Rhætorum, paulo supra *Anderam* vicum. In Aquilejensium Alpibus, v. gr. in *Bovánnaz* 1520.

β. varietatem *Schleicherus* misit: vaginis totis molliter hirsutis; panicula tota viridi; culmo sub ea retroversu viscoso-aspero; glauca planta.

4. A. *calamagrostis*, panicula alterne contracta erecta; calyc. unifloris lævibus; corollis lanuginosis; culmo ramoso. S. *Oed. Dan.* t. 280.

Non rara in pratis humidis circa *Bernam*, v. gr. *im Inseli, Bodenacker;* circa *Roche, Tigurum, Basileam* etc. 1519.

(Folia latiora quam in præcedente; inde nescio quid sibi velint folia linearia aliorum autorum.)

5. A. *Pseudophragmites*, panicula ramosissima diffusa multiflora; calyc. unifloris; valvula exteriore apice fissa aristata: arista

longitudine calycis; culmo ramoso. *Hall.* fil. in *Röm.* bot. Arch. II. 11.

Schleicher quoque inventam misit.

D. *Flores spicati receptaculo subulato.*

43. LOLIUM. (*Lolch.*) *G. pl.* 126.

Cal. monophyllus multiflorus: spiculæ compressæ; rachis excavata alterius valvulæ calycinæ defectum supplet.

1. L. *perenne*, spica mutica: spiculis compressis multifloris. L. *Schreb.* t. 37. *Leers.* t. 12. f. 1.

Vulgo ad vias et agrorum margines etc. 1416.

α. β. aristatum.

γ. spica latiore: spiculis distichis confertioribus. —.

In semitis, viis agrorum et pratorum, locisque siccis circa *Tigurum.* Inter *Lauffen* et *Basileam*; circa *Morbegno. Scheuchz.* Gram. p. 29. t. 1. f. 7. D. Prodr. t, 2.

δ. Foliis radicalibus angustioribus.

2. L. *tenue*, spica mutica tereti: spiculis trifloris. L.

Circa muros fossæ interioris *Tiguri* urbis vicinos. 1417. et. 1418. *β.*

3. L. *remotum*, spica subaristata mutica; spicu-

spiculis compressis multifloris remotis. *Hofm. Germ.* III. pag. 63.

Basileæ, *Badæ*, et copiose in pratis circa *Tigurum* Majo et Junio. 1418. *α. Scheuchz.* Gram. pag. 26. 2.

4. L. *temulentum*, spica aristata: spiculis compressis multifloris. L. *Oed. Dan.* t. 160. *Leers.* t. 12. f. 2.

In segetibus. 1420.

44. Elymus. (*Haargras.*) G. *pl.* 128.

Cal. 4-phyllus distachyos: foliolis 2 singulis spiculis subjectis; nectar. ciliatum.

1. E. *caninus*, spica nutante arcta; spiculis rectis involucro destitutis: infimis geminis. L. *Leers.* t. 12. f. 4.

Circa *Tigurum* ad sepes et in umbrosis. Ad *Rhenum* prope suburbium D. *Albani.* A la *Ferriere*: in Monte *Wasserfall.* 1429.

2. E. *europaeus*, spica erecta; spiculis bifloris involucro æqualibus. L. *Scheuchz.* Gram. p. 16. Prodr. t. 1.

Inter *Corno* et *Claviller*; in vallecula *Combe de Valanvron.* In Monte *Wasserfall.* Frequens in sylvosis Montis *Rigi.* 1537.

(Culmi alti, firmi; folia subhirsuta, longa; spica rigida.)

45. SECALE. (*Roggen.*) G. *pl.* 127.

Cal. oppositus, 2-valvis, 2-florus, solitarius.

S. *cereale*, glumarum ciliis scabris L.

Seritur. 1421.

46. HORDEUM. (*Gerste.*) G. *pl.* 129.

Cal. lateralis 2-valvis, uniflorus, ternus.

1. H. *vulgare*, flosculis omnibus hermaphroditis aristatis: ordinibus duobus erectioribus. L. 1533.

2. H. *hexastichon*, flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus sexfariam positis. L.

Vulgo seritur. 1534.

3. H. *murinum*, flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris intermediis ciliatis. L. *Oed. Dan.* t. 629.

Ubique ad muros et vias. 1536.

4. H. *secalinum*, flosculis lateralibus masculis aristatis, involucris setaceis scabris. *Schreb. Vaill.* t. 17. f. 6.

Ad oras fluviorum; Basileæ in segetibus. 1538.

47. TRITICUM. (*Weitzen.*) G. *pl.* 130.

Cal. 2-valvis, subtriflorus; cor. valvula exterior ventricosa obtusa cum acumine, interior plana.

1. T. *hybernum*, calyc. quadrifloris ventricosis lævibus imbricatis submuticis. L. 1432. α.

2. T. *aestivum*, calyc. quadrifloris ventricosis glabris imbricatis aristatis. L. 1422. *β*.

3. T. *compositum*, spica composita: spiculis confertis aristatis. L. 1422. *γ*.

4. T. *turgidum*, calyc. quadrifloris ventricosis villosis imbricatis subaristatis L. 1423.

5. T. *spelta*, calyc. quadrifloris truncatis; flosculis aristatis hermaphroditis: intermedio neutro. L. 1424.

6. T. *monococcum*, calyc. subtrifloris, primo aristato, intermedio sterili. L. 1425.

(Hæc omnia coluntur, et apposuisse non piget.)

7. T. *repens*, calyc. quadrifloris subulatis acuminatis; fol. planis. L. *Schreb.* t. 26. *Leers* t. 12. f. 3.

Ad sepes, in cultis Jun. Jul. 1426. *α*.

β. *Aristatum*.

(*Tiguri* ad sepes; sic et *Interlaci*, aux *Gauges*; ad ripam torrentis *Vevaise*.

γ. procerius, imo tricubitale; spicis prælongis: spiculis vulgari triplo majoribus 6-8-floris; calyc. muticis vel aristatis.

Ad sepes. 1427. *α*.

δ. spiculis dissitis.

In aquosis prope *Hüningen*. 1427. *β*.

ε. fol. glabris angustioribus.

Tiguri; prope *St. Imier*, circa *Ferriéres*. 1427. ε.

8. T. *junceum*, calyc. 5-floris truncatis; fol. involutis. L.

Juxta Rhodanum ad limites agrorum in *Valesia* inferiore. Circa *Cliben* ad Rhenum. Abunde supra *Yvorne*, qua itur *Corbeirier*. 1428. *(Basileæ.)*

(Tota planta glauca.)

9. T. *tenellum*, calyc. subquadrifloris; flosculis muticis acutis; fol. setaceis. L.

In agris versus *Wyl*; aux *Ferriéres d'Erguel* 1430.

48. Cynosurus. *(Kammgras.) G. pl.* 118.

Cal. 2-valvis multiflorus; receptac. proprium unilaterale sæpe foliaceum.

1. C. *cristatus*, bracteis pinnatifidis. L. *Schreb*, t. 8. f. 1. *Oed. Dan*. t. 238. *Leers*. t. 7. f. 4.

Vulgo in pratis Majo, Junio. 1545.

2. C. *echinatus*, bracteis pinnato-paleaceis aristatis. L. *Barrel*. t. 123. f. 2.

In segetibus circa *Curmayeul*, ad pedem montis *Col de Ferry*. 1546.

3. C. *durus*, spiculis secundis alternis sessilibus rigidis obtusis appressis. L. *Pollich*. t. 1. f. 1.

In Valesia inferiori; prope *Branson* inventum misit *Schleicher.* 1419.

(Culmi plures humiles rigidi; folia glabra, radicalia culmis minora; spiculæ confertæ.)

4. C. *cœruleus*, bracteis integris subdentatis; corollis mucronatis; spica oblonga. W.

In rupestribus; circa *Roche* etc. In montibus *Albio* et *Uetliaco* copiose Majo. Frequens etiam in Alpibus. 1446.

49. LAPPAGO. (*Stachelgras.*) *G. pl.* 131.

Cal. subtrivalvis: valvulis alternis cartilagineis; cor. bivalvis: valvula majore ventricosa, minore lanceolata.

L. *racemosa*, panicula spicata; glumis muricatis, setis ciliaribus. L. *Schreb.* t. 4. *Barrel.* ic. 718.

Nonnisi circa arcem Sedunensem ponit *Hallerus* 1413, sed frequentem in *Valesia* invenit *Schleicher.*

(Culmi humiles, foliosi, frequenter geniculati; folia glauca firma glabra sæpe undulata.)

TRIGYNIA.

50. MONTIA. (*Montie.*) *G. pl.* 133.

Cal. 2-phyllus; cor. 1-petala, 5-partita: laciniis tribus alternis minoribus; styli villosi; caps. 1-locularis, 3-valvis.

M. *fontana*, fol. oblongo-ovatis subcarnosis; pedunc. ternis unifloris. *Curt.* Lond. *Micheli* t. 13. f. 1. 2.

Rara. *Michelfeldae*, circa *Rimbach*. 301.

(Flores penduli exigui albi.)

51. HOLOSTEUM. (*Spurre.*) *G. pl.* 136.

Cal. 5-phyllus; petala 5; caps. 1-locularis, cylindracea, apice dehiscens.

H. *umbellatum*, flor. umbellatis. L.

Basileæ versus pontem *Wiesae*, extra portam *Blasianam*. *Tiguri* locis aridis, sic et *Tobinii*. 879.

(Petala 2-3-dentata, immatura carnea, dein alba.)

52. POLYCARPON. (*Nagelkraut.*) *G. pl.* 138.

Cal. 5-phyllus; petala 5, minima, ovata; caps. ovata, 1-locularis, 3-valvis.

P. *tetraphyllum*, caule ramoso prostrato; fol. quaternis. L. *Barrel.* ic. 534.

In valle *Tellina* inventum misit *Schleicher*.

(Caules humillimi dichotomi; folia obovata integerrima; stipulæ albæ oppositæ lanceolatæ diaphanæ.)

Classis IV.

TETRANDRIA,

MONOGYNIA.

---

a. *Flores monopetali, monospermi, inferi.*

53. Globularia. (*Kugelblume*) G. *pl.* 146.

Cal. communis imbricatus; proprius tubulatus inferus; corollulæ labio superiore 2-partito inferiore 3-partito; Recept. paleaceum.

1. G. *vulgaris*, caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. L. *Schk.* t. 21.

In calidiori *Helvetia*, in locis gramineis, inter rupes: in *Passgantfluh*, prope *Rupem*, a la *Marbriere*, supra *Fontanay*, aux *Gauges* etc. supra *Morges*, *Thuiri*. Etiam *Basileæ*: in sylva *Huningensi*, circa *Dornacnm*, et ad patibulum. In glareis fluviorum, *grande Eau*, *Baye de Clarens* etc. Floret Majo, Junio. 218.

2. G. *cordifolia*, caule subnudo; foliis cuneiformibus tricuspidatis, intermedio minimo. L. *Jacq. aust.* t. 245.

In scopulis Juræ et Alpium ubique, et utrinque etiam in planitiem descendit: *Rupe* ad mont *de la Praisse* et la *Marbriere*; sic ad *Beauchamp* ex Jura. Fl. Majo. 216.

3. G. *nudicaulis*, caule nudo unifloro, foliis oblonge ovatis, integerrimis. H. *Jacq. austr.* t. 230.

Minus modo dicta frequens, neque in planitiem descendit; copiose in *Monte Richard* et à la *Joux verte*; etiam *aux Martinets*. In *Wängenalp* et *Breitlauwenen*; supra *Interlachen*. In *Fronalp, Mürtschen, Schilt* Glaronensium. 217.

b. *Flores monopetali, monospermi, superi. Aggregatæ.*

54. Dipsacus. *(Karten.) G. pl.* 148.

Cal. communis polyphyllus: proprius superus vix manifestus, recept. paleaceum.

1. D. *sylvestris*, fol. sessilibus serratis, paleis rectis. W. *Jacq. austr.* t. 402.

Abunde ad vias, orasque fossarum fl. Jul. Aug. 198.

2. D. *laciniatus*, fol. connatis, sinuatis. L. *Jacq. austr.* t. 405.

Circa *Mülhusiam Hallerus* nasci suspicabatur, ut indigena sit. 198. β.

3. D. *pilosus*, fol. petiolatis appendiculatis. L. *Jacq. austr.* t. 248.

In dumetis, humidis. Ad sepes et muros *Bernæ* versus *Sandrein*; au *grand Clos* prope *Roche* etc. 199.

55. SCABIOSA. *(Scabiosen.)* G. *pl.* 149.

Cal. communis polyphyllus, proprius duplex superus; Recept. paleaceum s. nudum.

a. *Coroll.* 4-*fidis.*

1. S. *alpina*, corollulis quadrifidis æqualibus; calycibus imbricatis; floribus cernuis; foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis. L.

In monte *Saleva*; in montis *Thuiri* vallecula, qua primum a rupibus aditur. Sed abunde in Aquilejensi ditione, circa *Leisin*, *Corbeiri* et *Arveja* ad vias, in Monte *Luan* etc. Ego circa *Grion* ad oras agrorum. fl. Jul. Aug. 200.

2. S. *succisa*, (Teufelsabbiſs) corollulis quadrifidis æqualibus; caule simplici, ramis approximatis; foliis lanceolato-ovatis. L. *Oed. Dan.* 279.

In pratis udis, et sylvis umbrosis. fl. Aug. Sept. 201.

(Var. α. flore albo prope *Vervay* etc. H.

β. hirsuta; in pratis udis Michelfeldensibus.

γ. foliis laciniatis in *Muteto* monte. C. B. Basil. pag. 80.)

3. S. *integrifolia*, corollulis quadrifidis radiantibus; foliis indivisis: radicalibus ovatis serratis, rameis lanceolatis; caule herbaceo. L.

In pratis circa *Ferrieres d'Erguel* et super *Portvaley*. In montibus Glaronensibus. fl. æstate. 205.

4. S. *arvensis*, coroll. quadrifidis radiantibus; foliis pinnatifidis incisis; caule hispido L. *Oed. Dan.* t. 447.

In pratis et ad vias ubique. fl. May-Aug. 206.

(Var. α. fol. superioribus semipinnatis, et albo flore; glabra.

β. foliis omnibus integris.)

5. S. *sylvatica*, coroll. quadrifidis radiantibus; foliis omnibus indivisis, inferioribus ovatis serratis, summis lanceolatis integerrimis; caule hispido. *Jacq. austr.* 362.

In dumetis passim. *Bernæ* versus *Muri* et cis *Bodenaker*; super *Rüggisberg*. In monte *Muteto*, *Aix* etc. 204. fl. Jul. Aug.

b. *Corollulis 5-fidis.*

6. S. *graminifolia*, coroll. quinquefidis radiantibus; foliis lineari-lanceolatis integerrimis (basi connatis, tomentosis) caule herbaceo. L.

Rara planta in alpibus *Helveticis* ad lacum *Locarnensem*, lecta, secundum *Scheuchzeri* Catalogum; a nemine præterea in *Helvetia* visa. 203.

7. S. *columbaria*, coroll. quinquefidis radiantibus; foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis setaceis. L.

Vulgo ad vias siccas et in agris, flore dilute cæruleo, æstate.

(Var. α. flore albo, in *Valesia* abundans, et ab ochroleuca diversa.

β. prolifera; circa *Valkenried*, et *Basileæ* versus *Cliben*.

γ. foliis omnibus ovatis, et firmioribus. In Monte *Fouly*, *Audon*, ad radicem montis *Titlisberg*.) 202.

8. S. *pyrenaica*, coroll. quadrifidis radiantibus; foliis tomentosis integris, dentatis et pinnatifidis, caule unifloro. W.

(Inter plantas Cl. *Constant* fuit, lecta circa *Moutru*: sed unicum exemplum neque bonum fuit, neque ab eo tempore reperiri potuit, neque adeo pro certa cive haberi potest. 207.)

c. *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

56. PLANTAGO. (*Wegerich.*) *G. pl.* 186.

Cal. 4-fidus; cor. 4-fida, limbo reflexo.

Stamina longissima. Caps. 2-locularis, circumscissa, dissepimento libero.

Scapo nudo.

1. P. *major*, foliis ovatis glabris; scapo tereti; spica flosculis imbricatis. L. *Oed. Dan.* t. 461.

Ad margines agrorum, ad vias, in hortis ubique fl. Jun-Aug.

(Var. magnitudine, foliis varie dentatis et sinuatis 660.

Reperitur etiam aliquando caule foliato extra portam *S. Blasii*, in via, qua itur ad molendinas cuprarias. C. B. *Basil.* pag. 56.)

2. P. *media*, fol. ovato-lànceolatis pubescentibus, spica cylindrica; scapo tereti. L. *Oed. Dan.* t. 581.

In pratis. fl. Maj. Junio 659.

3. P. *lanceolàta*, fol. lanceolatis; spica subovata nudà, scapo angulato. L. *Oed. Dan.* t. 437.

Variat magnitudine, spicarum et nervorum in foliis numero; imo habemus varietatem alpinam capitulo nigro, scapoque longe lanuginoso.) Vulgaris ad vias ubique. fl. Maj-Aug. 656.

4. P. *alpina*, fol. linearibus planis; scapo tereti hirsuto; spica oblonga erecta. L. *Jacq. hort.* t. 125.

In omnibus alpibus, inque Juræ summis jugis vulgaris, *Nadelgras* dicta alpicolis, qui plurimi ea pascua faciunt, in quibus abundat. 657.

5. P. *coronopifolia*, fol. linearibus dentatis (subhirsutis) scapo tereti. L. *Oed. Dan.* t. 272.

De Saussure prope *St. Julien*, versus *Fragi*. 658.

Caule ramoso.

6. P. *psyllium*, caule ramoso herbaceo, foliis (linearibus) subdentatis recurvatis, capitulis aphyllis. L. *Bull.* t. 363.

Genevæ ad vias. 661.

7. P. *cynops*, caule ramoso suffruticoso (procumbente) foliis integerrimis filiformibus strictis, capitulis subfoliatis. L.

Genevæ. 662.

57. CENTUNCULUS. (*Wiesenkleinling.*) *G. pl.* 189.

Cal. 4-fidus; cor. 4-fida, patens; stam. longitudine ferme corollæ; caps. 1-locularis, circumscissa.

C. *minimus*, caule minimo procumbente; foliis lanceolatis alternis sessilibus; floribus sessilibus, solitariis. *Oed. Dan.* t. 177.

Abunde inter Lacum Lemanum et les *Grangettes*, ultra *Noville*. Cl. *la Chenal* circa *Domum rubram Basil.* 627.

d. *Flores monopetali, monocarpi, superi.*

58. SANGUISORBA. (*Wiesenknopf.*) *G. pl.* 190.

Cal. 2-phyllus; cor. 4-partita; germen inter calycem et corollam.

S. *officinalis*, spicis ovatis. L. *Oed. Dan.* t. 97.

In pratis udis abunde. fl. Jul. Aug. 705.

e. *Flores monopetali, dioici, superi. Stellatae.*

59. SHERARDIA. (*Sherardie.*) *G. pl.* 156.

Cor. 1-petala, infundibuliformis; semina bina, dentibus 3 coronata.

S. *arvensis*, fol. omnibus verticillatis; floribus terminalibus. L. *Oed Dan.* t. 439.

In omnibus agris abunde fl. Jul-Autumnum. 734.

60. ASPERULA. (*Waldmeister, Meyerkraut.*) *G. pl.* 157.

Cor. 1-petala, infundibuliformis; semina 2, integumento globoso tecta.

1. A. *odorata*, fol. octonis lanceolatis; florum fasciculis pedunculatis. L. *Oed. Dan.* t. 562.

In sylvis non rara. 728. In monte Muteto et aliis C. B. Basil. 95. fl. Maj-Jul.

2. A. *arvensis*, fol. senis; floribus sessilibus terminalibus aggregatis. L. *Hoppe Ectypa.* 78.

In agris circa *Mathod, Montcharand.* In Valesia inferiori; circa *Chur. Basileæ* in agris, per quos ascenditur ad montem *Mutetum.* Circa *Genevam, Grandson, Ondervilliers* etc. 733. fl. Maj-Jul.

3. A. *taurina*, fol. quaternis ovato-lanceolatis, floribus fasciculatis terminalibus. L. *J. Bauh.* H. P. III. 718. fig.

In subalpinis. Abunde circa *Interlaken* in sylva *der grosse Rucken.* Inter *Stein* et *Schweiz*, et versus *Art* in sepibus. Circa *Kertzen.* In adscensu montis *Blattenberg.* In monte *Furkmatt* Glaronensium. Circa *Lucernam*, a *Butikon* ad *Chur* ubique. 732.

4. A. *tinctoria*, fol. linearibus, inferioribus senis, intermediis quaternis; caule flaccido; floribus plerisque 3-fidis. L. *Tabern.* t. 733. fig. 1.

In sylvis, circa *Montcharand* versus la *Douviere.* 729. fl. Jun. Julio.

5. A. *pyrenaica*, fol. quaternis lanceolato-linearibus; caule erecto; floribus sæpius trifidis. L.

Cel. D. *Achilles Mieg* plantam circa *Basileam* legit. 731.

6. A. *cynanchica*, fol. quaternis linearibus, superioribus oppositis; caule erecto; floribus 4-fidis. L.

Abunde ad oras viarum, et sepes. fl. æstate. 730.

(Var. flore trifido circa arcem *Martinach.*)

61. GALIUM. (*Labkraut.*) G. pl. 162.

Cor. 1-petala, rotata; semina 2, integumento globoso tecta.

Fructu glabro.

1. G. *rubioides*, fol. quaternis lanceolato-ovatis æqualibus, subtus scabris; caule erecto; fructibus glabris. L.

Chiavennae, *Mendrisii*, *Lugani*, in sepibus. 720.

2. G. *palustre*, fol. quaternis obovatis inæqualibus; caulibns diffusis. L. *Oed. Dan.* t. 423.

In aquosis circa *Mathod*, *Paterniacum*. In palustribus *Michelfeldensibus* etc. 719. Jun. Aug.

(Var. caule vix pedali, foliis tamen quaternis; et caule altiori, fol. senis angustioribus.)

3. G. *Halleri*, fol. octonis lineari-lanceolatis mucronatis subtus canaliculatis; pe-

dunc. trichotomis verticillatis; caule glabro tereti erecto. S.

Ad summas rupes castelli *Istein*. Circa *Genevam*. Au *Creux de Genthoud*, prés de la maison *Lullin*. 714.

(Legi etiam hoc G. in monte *Engelberg* prope *Tobinium*. Omnino a *montano* differt, et cui comparari posset, non invenio. Folia octona, etiam sena in summis ramis, sursum rigentia, retroversu aspera. Caulis in geniculis tumescit, semina glabra.)

4. G. *Boccone*, fol. senis linearibus subasperis ciliatis mucronatis; pedunc. subtrichotomis; caulibus tetragonis prostratis obliquis subalatis basi pubescentibus. S.

Vulgatissimum ad vias, sepes, in arvis et lapidosis 715. α.

5. G. *hirsutum*, fol. suboctonis lanceolato-linearibus hirtis acuminatis; pedunc. subtrichotomis; caule subtetragono basi pubescente. S.

Hoc montana amat et sicca, et erit *Halleri* var. hirsuta præcedentis.

(Differt adhuc fol. longioribus et caule tenuiori.)

6. G. *scabrum*, fol. suboctonis linearibus mucronatis: inferioribus pubescenti-hispidis, superioribus scabris ciliatis; pedunc. subtri-

chotomis ; caule adscendente flexuoso-subtetragono inferne hispido. S.

Iisdem locis. (Caulis superne *glaber.*)

7. G. *glabrum*, fol. suboctonis glabris lineari-lanceolatis spinula terminatis ; pedunc. trichotomis ; caule adscendente subramoso glaberrimo. S.

Schleicher misit inventum.

(Non inveni, nec *Hallerus* invenerat. An G. austriacum ? Planta tota viridis.)

8. G. *Jussieui*, fol. subsenis lineari-subulatis lævibus ; flor. umbellatis ; caule adscendente. W.

In Alpibus.

(Hoc erit G. *Halleri*. 715. γ. et ejus varietas β. rubro flore circa *Gestinen*.)

9. G. *aristatum*, fol. octonis lanceolatis lævibus ; panicula capillari ; petalis aristatis ; semin. glabris. L.

Hoc *Scheuchzerus* in Alpibus Rhæticis invenit, saxis innatum, non ultra spithamam altum, flor. niveis onustum. It. Alp. pag. 140.

(*Hallerus* ejus synonymon G. *boreali* addit, non bene, cum hoc habeat folia quaterna. Ego *Linnaeum* secutus, ob *Bocconis* synonymon.)

10. G. *saxatile*, fol. senis obovatis obtusis glabris ; caule ramosissimo procumbente ;

pedunc. axillaribus brevissimis paucifloris. S.

Ubique in saxis alpinis. 718.

11. G. *verum*, fol. octonis linearibus sulcatis; ramis floriferis brevibus. L. *Flor. Dan.* t. 1146.

Abunde ad vias et in arvis siccis. 710.

12. G. *Mollugo*, fol. octonis ovato-linearibus subserratis patentissimis mucronatis; caule flaccido; ramis patentibus. L. *Fl. Dan.* t. 455.

Ad sepes et in pratis. 711.

(Var. caule humillimo in Alpibus.)

13. G. *sylvaticum*, fol. octonis lato-lanceolatis glaucis lævibus subtus margineque scabris, floralibus binis; pedunc. capillaribus; caule lævi tereti. S.

Vulgo in nemoribus. 712.

14. G. *glaucum*, fol. verticillatis linearibus; pedunc. dichotomis summo caule floriferis; caule lævi. L. *Jacq. austr.* t. 81. *Oed. Dan.* t. 609.

Circa *Genevam*. *Basileæ* in asperis collibus. 716.

15. G. *purpureum*, fol. verticillatis lineari-setaceis; pedunc. capillaribus folio longioribus. L.

In arenosis ad *Lacum Luganensem* prope *Ca-*

po di Lago; in rupibus prope *Ripa*; et inter *Ripa* et *Chiavennam*. 721.

(Caulis ramosissimus; folia plerumque octona; flores et caules atropurpurei. *Hall.*)

Fructu scabro.

16. G. *spurium*, fol. senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis; geniculis simplicibus; fructib. recurvatis scabris. *Roth.*

Circa *Chexbres*, et in agris circa les *Saugettes* prope *Noville*, *Basileæ*. Au *Locle*, et circa *Ferriere*. 724.

17. G. *harcynicum*, fol. subsenis obovatis mucronatis: summis angustioribus; caule procumbente; ramis confertis elongatis; pedunc. multifloris. *Ehrh. Hofm. Germ.* III. pag. 72.

In agris circa *Basileam*. In monte *Mürtschen* 717.

(Caulis ramosissimus humilis subtetragonus. *Schleicher* etiam invenit.)

18. G. *uliginosum*, fol. senis lanceolatis retrorsum serrato-aculeatis mucronatis rigidis; coroll. fructu majoribus. L. *Barellier*, ic. 82.

In oris stagnorum et pratis udis. *Basileæ*, cir-

ca *Augst*, *Michelfelden* et *Tobinii*. Etiam in Alpibus : *Audon*, *Ormont dessus*. 713.

(Caulis asper sulcatus; folia sena et septena.)

19. G. *lucidum*, fol. senis lineari-subulatis mucronatis rigidis incurvis atro-virentibus; paniculâ terminali ; caule glabro sulcato quadrangulo. S. *Allioni Ped.* 21. t. 77. f. 2.

Ad rupes calidas inventum misit *Schleicher*. (Planta revera virore splendet, nomine digna.)

20. G. *boreale*, fol. quaternis lanceolatis trinerviis glabris ; caule erecto ; semin. hispidis. L. *Fl. Dan.* t. 1024.

Abunde in pratis circa *Vervay* prope *Roche*. In pratis *Bemont* prope *la Brevine, à la Chaux* etc. Circa *Thermas Leucenses* etc. 722.

21. G. *rotundifolium*, fol. quaternis subrotundo - ovatis trinerviis hispido - ciliatis ; caule decumbente ; fruct. hispidis. W. *Jacq. austr.* t. 94. *Barrel.* ic. 323. 324.

In sylvis abiegnis : prope *Bernam* in sylvula, qua descenditur ad villam *Bodenaker*, in sylvis montis *Gurten*; circa Balnea *Gurnigel* et *Weissenburg*, *Tobinii im Boowald*. 727.

22. G. *Aparine*, fol. octonis lanceolatis carinis scabris retrorsum aculeatis ; geniculis villosis ; fruct. hispidis. L. *Oed. Dan.* t. 495.

Abunde in segetibus et pratis. 723.

β. flore purpureo, in Rhætia, et *au haut de la Combe grède.*

23. G. *parisiense*, fol. verticillatis linearibus; pedunc. bifloris; fructib. hispidis. L.

Circa *St. Roc*, ad pedem montis *Grisei* in rupibus. Etiam *Rupe* in udis. 726.

(Caulis scaber tetragonus; folia 6-7, in ora hirta; flores *albi* perexigui. *Hall.*)

62. Rubia. (*Färberröthe.*) *G. pl.* 164.

Cor. 1-petala campanulata; baccæ 2-, monospermæ.

R. *tinctorum*, fol. subsenis lanceolatis margine carinaque aculeatis; caule angulo aculeatis. S.

In Valesia circa *Leucam*, versus pontem Rhodani; circa *Sedunum Gonthey*, *a la* Porte du *Sex.* In pago *Yvorne* propo pontem, paulo superius in lapidosis. Circa *Spiez.* 708.

F. *Flores tetrapetali superi.*

63. Cornus. (*Hartriegel.*) *G. pl.* 194.

Involucr. sæpius 4-phyllum; petala supera 4; drupa 2-locularis.

1. C. *mascula*, arborea; umbellis involucrum æquantibus. L.

Frequens in rupibus agri *Veragrici*, etiam proxime *Roche* trans torrentem. 815. fl. Apr. Majo.

2. C. *sanguinea*, ramis rectis; fol. ovatis concoloribus; cymis depressis. *l'Herit. Oed. Dan.* t. 481.

Vulgo ad sepes. Jun. Jnl. 816.

64. TRAPA. *(Wassernuss, Stachelnuss.)* *G. pl.* 208.

Cal. 4 partitus; cor. 4-petala; nux 1-locularis spinis 4oppositis armata, quæ folia calycis fuere.

T. *natans*, nucibus quadricornibus; spinis patentibus. L.

In stagnis *Hiltelingæ.* Inter *montem beligardum* et *Basileam.* In lacu *Tigurino*, circa *Tungen* et *Andelfingen.* In lacu *Chiavennensi* et *Ebrodunensi* etc. 527.

G. *Flores incompleti, inferi.*

65. ALCHEMILLA. *(Sinau.)* *G. pl.* 222.

Cal. 8-fidus; cor. o; stylus ad basin germinis insertus; sem. 1.

1. A. *vulgaris*, fol. reniformibus novemlobis acute dentatis; corymbis terminalibus. W. *Oed. Dan.* t. 693.

In pratis et sylvis; etiam in Alpibus, 1566. Maj. Jun.

β. maxima, in Glaronensium Alpe *Bärenboden. Scheuchz.* It. Alp. p. 329.

γ. *pubescens*, in *St. Bernhardo* et vicinis Alpibus.

2. A. *alpina*, fol. digitatis serratis subtus sericeis. S. *Oed. Dan.* t. 49.

In Alpinis, subalpinis, et Juræ cacuminibus ubique. 1567.

3. A. *pentaphyllea*, fol. quinatis multifidis glabris. L.

Rarior, et altiorum alpium: in *Gemmio, Furca, Gotthardo*, Pilato, Alpibus Abbatiscellanis, *Speluga.* Supra *Bagnes.* In *St. Bernhardo.* 1568.

4. A. *Aphanes*, fol. tripartitis: laciniis trifidis pubescentibus; flor. axillaribus glomeratis monandris. W. *Fl. Dan.* t. 973.

H. *Flores incompleti superi.*

66. ISNARDIA. (*Isnardie.*) *G. pl.* 207.

Cal. 4-fidus; cor. o; caps. 4-locularis, calyce cincta.

I. *palustris.* L.

Schleicher misit inventam.

67. CAMPHORATA *glabra*, an nobiscum habitet, ut *Linnaeus* affirmat, alii inquirant. *Bauhini* planta spectat ad *Polycnemon arvense*, *Hallero* monente ex fide Horti sicci, 1570. Nomen apposuisse non piget; studiosi animadvertant.

DIGY-

DIGYNIA

68. CUSCUTA. *(Flachsseide.) G. pl.* 227.

Cal. 4-5-fidus; cor. 1-petala; caps. 2-locularis, circumscissa.

1. C. *europaea*, flor. sessilibus. L. *Oed. Dan.* t. 199.

In urtica vulgo nascitur 654. α.

2. C. *Epithymum*, flor. sessilibus 5-fidis; bracteis obvallatis. L. *Oed. Dan.* t. 427.

In Thymo, Sideritide, Origano, Serpillo, Erica aliisque humilibus plantis provenit; vulgaris in calidis rupibus. 654 β.

TETRAGYNIA.

69. ILEX. (*Stechpalme.*) *G. pl.* 232.

Cal. 4-dentatus; Cor. 1-petala, rotata. Styl. o; bacca subrotunda 4-sperma.

I. *Aquifolium*, fol. ovatis acutis spinosis nitidis undulatis; flor. axillaribus subumbellatis. W. *Oed. Dan.* t. 508.

Vulgo in sepibus et sylvis. 667 fl. Majo.

β. Absque spinis. in colle *Soquenil* prope *Roche*.

70. POTAMOGETON. (*Saamenkraut.*) *G. pl.* 234.

Cal. o; cor. 4-petala, Styl. o. Sem. 4, acuminata, gibba.

1. P. *natans*, fol. natantibus petiolatis ellipticis acutis basi rotundatis subcordatis. W. Oed. *Dan.* t. 1025. 3

In stagnis et fluv. tranquillioribus ubique. 845. Jun. Jul.

2. P. *perfoliatum*, fol. cordatis amplexicaulibus. L. *Oed. Dan.* t. 196.

Vulgo in lacubus et stagnis. 845.

3. P. *fluitans*, fol. natantibus longe petiolatis lanceolato-ovatis utrinque attenuatis. W.

Hoc *Halleri* credo, qui nunquam reperit, sed habuit ex horto sicco *Hagenbachii, Bernæ* lectum. 844.

(Cl. *Wildenow* solam forsan verietatem P. *natantis* credit.)

4. P. *densum*, fol. ovatis acuminatis oppositis confertis; caulibus dichotomis; spica quadriflora. L.

Vulgo in rivis. 849. fl. Jun. Jul.

5. P. *lucens*, fol. lanceolatis planis in petiolum desinentibus. L. *Oed. Dan.* t. 195.

In lacubus, fluviis, fossisque paludosis. 847. fl. Jun. Jul.

6. P. *crispum*, fol. lanceolatis alternis oppositisve undulatis serratis. L. *Fl. Dan.* t. 927.

In rivulis, quorum fluentum inclinatis caulibus sequitur. 848. fl. Maj. Jun.

7. P. *serratum*, fol. lanceolatis oppositis subundulatis. L.

In lacubus, longissima, decem et viginti Orgyarum planta integras mediis in aquis sylvulas efficit. Sed etiam in fossas subit, circa *Gampelen* etc. 846. fl. Jun. Jul.

8. P. *compressum*, fol. linearibus obtusis; caule compresso. L. *Oed. Dan.* t. 203.

In paludosis circa *Gümlingen* et *Muri. Basileæ* in fonte palatii *Durlachensis. Friedelingæ.* 851 Fl. Jul.

9. P. *gramineum*, fol. lineari lanceolatis alternis sessilibus, stipula latioribus. L. *Oed. Dan.* t. 222.

Locum non addidit *Hallerus.* 850

10. P. *marinum*, fol. linearibus alternis distinctis, inferne vaginantibus. L. *Vaillant Paris.* t. 32. f. 5. *Oed. Dan.* t. 186.

Passim *Tiguri, Basileæ*, circa *Seelhofen.* 853. fl. æstate.

11. P. *pusillum*, fol. linearibus oppositis alternisque distinctis basi patentibus; caule tereti. L. *Vaillant Paris.* t. 32. f. 4.

In paludosis *Gürbenmoos*; in *Reusa* flumine etc. 852. fl. Jun. Jul.

71. SAGINA. (*Mastkraut.*) *G. pl.* 236.

Cal. 4-phyllus; petala 4, calyce breviora. Caps. 1-locularis, 4-valvis, polysperma.

1. S. *procumbens*, ramis procumbentibus. L. *Schk.* t. 27.

Nihil vulgatius in areis glareosis hortorum, in testis plantas alentibus, in torfaceis, v. gr. *Löhr.* 861. fl. Jun. — Sept.

2. S. *apetala*, caule erectiusculo pubescente; floribus alternis apetalis. L. *Fl. Dan.* t. 845.

Tobinii in agris siccis, et in hordeo inveni. Etiam misit *Sahleicher.*

(Cal. margine purpurascens; petala minutissima, vix nudo oculo conspicua, alba, obcordata; antheræ albæ) *Hofman.* Germ. 59. Adde petiolos pubescentes. Fl. Maj-Aug.

Classis V.

PENTANDRIA,

MONOGYNIA.

A. *Flores monopetali, inferi, tetraspermi.*

72. HELIOTROPIUM. (*Sonnenwende. Skorpionschwanz.*) *G. pl.* 239.

Cor. hypocrateriformis, 5-fida, interjectis dentibus: fauce nuda.

1. H. *europæum*, fol. ovatis integerrimis tomentosis rugosis, spicis conjugatis. L. *Jacq. Austr.* t. 207.

Genevæ, in Aquilejensi dominio; circa *Chexbres* et alibi in agro Vaudensi. C. B. *Basileæ* in agris ad *Cliben* et ad *St. Jacobum. Basil.* p. 75. ego in Valesia ad vias.

(Var. Jasmini odore, circa *Mathod, Valeyre, Yvorne.*) 593. Fl. Jul. Aug.

73. MYOSOTIS. (*Mausohr.*) *G. pl.* 240.

Cor. hypocrateriformis, 5-fida, emarginata, squamulis fornicatis 5, fauce clausa.

1. M. *palustris*, seminibus lævibus; calycibus patulis obtusis corollam æquantibus; foliis subglabris ligulatis. *Hofm.* Germ. p. 61.

Frequens in paludosis. 591 α. Fl. æstate tota.

(Varietas flore albo Bernæ et in Alpibus.)

2. M. *sylvatica*, calycibus patulis acutis hirsutis; foliis ovato-lanceolatis. *Hofm.* l. c.

Hanc *Halleri* 591. β. credo; in sepibus, circa *Bernam* vulgatissimam.

3. M. *arvensis*, seminibus lævibus; calycibus tubo corollæ longioribus clausis; foliis hirsutis, obovato lanceolatis, imis petiolatis, superioribus sessilibus; caule ramoso. S. *Bull.* t. 355.

Vulgo ad vias, in pratis et arvis. 590. Fl. Maj-Aug.

(Variat flore albo, rubello; et β. flore minimo, cujus pars interior lutea sit. Hæc in arvis macilentioribus.)

4. M. *nana*, seminibus læviusculis margine serrulatis; caule simplici paucifloro, foliisque oblongis villosis. W.

In Alpibus circa fontes *Gurben* fl. In monte *Simplon*; in Alpibus Vallis *D. Nicolai*, *en Chaud commun.* In *Pilato*.

(Calyces tomentosi, flos maximus in tota gente, pulcherrime cæruleus.) 592. Inveni in *Panerossaz*. Aug. fl.

5. M. *Lappula*, seminibus aculeis glochidibus; fol. lanceolatis pilosis. L. *Oed. Dan.* t. 692.

Frequens in omni Helvetia ad vias aridas, inque muris 589.

74. Lithospermum. (*Steinsaame.*) G. *pl.* 241.

Cal. quinquepartitus; cor. infundibiliformis, fauce perforata nuda.

1. L. *officinale*, sem. lævibus; corollis calycem vix superantibus; foliis lanceolatis. L. *Schk.* t. 29. *Fl. Dan.* t. 1084.

Ad vias, et potissimum in glareosis ripis et insulis fluviorum. 595. Fl. April-Jun.

2. L. *arvense*, sem. rugosis; cor. vix calycem superantibus. L. *Oed. Dan.* t. 456.

In segetibus pene totius Helvetiæ abunde, potissimum planioris. 594 Fl. Maj. Jun.

3. L. *purpureo-coeruleum*, sem. lævibus; cor. calycem multoties superantibus. L. *Jacq. Austr.* t. 14.

Abunde in sepibus Gubernii Aquilejensis, in colle *Saquenil*, in ipso prato *Pré pourri*, circa scaturiginem *le Furet*, supra *Bevieux*, circa

le Bullet. Circa *Genevam*, versus *Champé*. *Basileæ* versus *Dornach*: in sylva, qua itur a *Münchenstein* ad *Muttenz*, ad dextera. Circa *Scaphusiam*. 596. Fl. Maj. Jun.

75. ANCHUSA. (*Ochsenzunge.*) *G. pl.* 242.

Cor. infundibiliformis, fauce clausa squamulis quinque; semina basi insculpta.

1. A. *Italica*, fol. lucidis strigosis; racemis bipartitis diphyllis; floribus subæqualibus fauce barbatis. *Retz*. Obs.

2. A. *angustifolia*, fol. oblongo-lanceolatis integris, floribus spicatis, calycibus quinquefidis. W.

(Cum descriptio *Halleri* ad has duas plantas spectet, conjungere satius duxi, quam unam alteramve separare. 599.

Invenitur flore violaceo inter *Vettis* et *Melimpsch* Rhætiæ. Cæruleo, multis locis: circa *Versoi*; supra *Gorgier*; circa *Gonthey*, Chur et in tota Rhætia. In valle *Lepontia*: circa *Chiavennam*. Et ego in Valesia inveni ad oras vinearum post *Aven*; hæc certe Italica est. Fl. Augusto. utcunque sit, utramque habemus; nec vere differt *officinalis*.)

76. CYNOGLOSSUM. (*Hundszungen.*) *G. pl.* 243.

Cor. infundibiliformis, fauce clausa squa-

mis 5; semina 4 depressa, interiore tantum latere stylo affixa.

1. C. *officinale*, staminibus corolla brevioribus; fol. lato-lanceolatis, basi attenuatis tomentosis sessilibus; laciniis calycinis oblongis. W. *Schk.* t. 30. *Fl. Dan.* t. 1147.

Ad vias, et fossarum aggeres frequens. 587. Fl. Maj-Jul. (var. albo flore.)

2. C. *sylvaticum*, staminibus cor. brevioribus; fol. lanceolatis asperis planis, subsessilibus remotis. *Hofm.* Germ. 63.

In montanis sylvis, au *Creux du Vent*, in aditu boreali; *a la Chenau* supra Aquilejam. *A la Combe de la Ranceniére*; prope molendinum *Cul de Roche; a la Combe gréde.* 588.

(Affinis Apennino, vel ejus varietas. *Hofmann.* l. c.)

77. PULMONARIA. *(Lungenkraut.)* G. *pl.* 244.

Cal. 5-dentatus, prismatico-5-gonus; cor. infundibiliformis, fauce pervia.

1. P. *angustifolia*, fol. radicalibus lanceolatis. L. *Oed. Dan.* t. 483.

Nobis montana est, et copiose nascitur in montibus Gubernii Aquilejensis, in sylvis versus *Luan, au Richard*, circa *les Plans*. Ad rivum prope *Domum novam Basileæ*. In Comitatu Neocastrensi. 598. Fl. vere.

2. P. *officinalis*, fol. radicalibus ovato-cordatis scabris. L. *Oed. Dan.* t. 482.

Nobis aliquanto rarius maculata, ceterum in sylvis, sepibus, locis subhumidis et umbrosis provenit. Maculosa, circa *Genevam, Basileam, Roche.* 597. Fl. Apr. Maj.

78. SYMPHITUM. (*Beinwell, Schwarzwurz.*) *G. pl.* 245.

Corollæ limbus tubulato-ventricosus, fauce clausa radiis 5 subulatis.

1. S. *officinale*, fol. ovato-lanceolatis, decurrentibus. L. *Oed. Dan.* t. 664.

Vulgatior flore ochroleuco ad rivos, in pratis paludosis et sylvis. Flore rubro breviori. *Tiguri* frequentior, *Basileæ* in arenosis cis *Birsam*, 600, et *Tobinii* ad rivos. Fl. Jun. Jul.

2. S. *tuberosum*, fol. semidecurrentibus, summis oppositis. L. *Jacq. Austr.* t. 225.

Schleicher invenit.

79. CERINTHE. (*Wachsblume.*) *G. pl.* 246.

Corollæ limbus tubulato-ventricosus, fauce pervia. Sem. 2, bilocularia.

C. *major*, fol. amplexicaulibus; cor. obtusiusculis patulis. L. *Schk.* t. 30.

In montosis et alpinis sylvis. In montibus circa *Thun*; inter *Gurnigel* et *Neunenen*; in M.

Stokhorn, *Rothenhorn*, *Ioch*, *sur la Dent de Iaman.* Abunde vero in omnibus Aquileiensium subalpinis, et in *Iura*, *aux Bulles*, prope *Chaud de Fonds*, haud longe a *Valanvron.* 602.

80. ONOSMA. (*Lotwurz.*) *G. pl.* 247.

Cor. campanulata; limbus tubuloso-ventricosus; faux pervia; sem. 4.

O. *echioides*, cor. cylindricis obtusis; foliis lanceolatis hispidis; fructibus erectis. W. *Jacq. Austr.* t. 295.

In Valesia abunde: circa *Branson*, *Fouly*, *Gonthey*, *Sideram.* Magna copia in via *le Tombey* inter *Verchier* et *Olon.* 601.

81. BORAGO. (*Boretsche.*) *G. pl.* 248.

Cor. rotata, fauce radiis clausa.

B. *officinalis*, fol. omnibus alternis, calyc. patentibus. L. *Schk.* t. 31.

In ruderosis; sed *vera* indigena non est. 607. (Var. flore albo, carneo.)

82. ASPERUGO. (*Scharfkraut.*) *G. pl.* 249.

Cal. fructus compressus: lamellis plano-parallelis sinuatis.

A. *procumbens*, cal. fructus compressis. L. *Oed. Dan.* 552.

Passim circa *Roche*, *Aquilejam*, a *Fontanay*, a *Notre Dame du Sex.* In Rhætia et Valesia. 606.

83. LYCOPSIS. (*Krummhals.*) *G. pl.* 250.

Cor. infundibiliformis, tubo incurvato.

L. *arvensis*, fol. lanceolatis, hispidis, calycibus florescentibus erectis. L. *Curt. Lond.* 5. n. 57.

In agrorum limitibus et ad vias, inque ruderosis Aquilejæ, Aventici. *Bernæ* im *Lindenthal.* 605. Fl. Jun-Aug.

(Var. flore albo.)

84. ECHIUM. (*Natterkopf.*) *G. pl.* 251.

Cor. campanulata, limbo irregulari, fauce nuda.

1. E. *vulgare*, caule tuberculato-hispido; fol. caulinis lanceolatis hispidis; flor. spicatis lateralibus. L. *Oed. Dan.* t. 445.

Vulgo ad vias et in ruderatis flore rubro. Flore albo passim *a la grande Eau.* 603. Fl. Jun. Aug.

2. E. *italicum*, caule erecto piloso; spicis hirsutis; cor. subæqualibus, staminibus longissimis. L.

Albo flore in Valesia. 604.

b. *Flores monopetali, inferi, angiospermi.*

85. ARETIA. (*Aretie.*) *G. pl.* 256.

Cor. hypocraterif. 5-fida, tubo ovato; stigma depresso-capitatum. Caps. 1-locularis, globosa, subpentasperma.

1. A. *helvetica*, fol. imbricatis, flor. subsessilibus. L. *Hall.* tab. XI.

In Alpibus occidentalibus non rara: in Gemmio *um die Taube*: ubique in Aquilejensibus. Supra *Portvaley*, *Bagnes* in M. *Salanfe*, *Herbagere*, *Dent de Midi.* In *Bündtnerberg*. 617. Fl. Jul. Aug.

(Caules, foliis pubescentibus, imis emarcidis, tecti, densissimos cespites faciunt. Flor. terminales, solitarii, albi.)

2. A. *alpina*, fol. linearibus patentibus, flor. pedunculatis. L. *Hall.* tab. XI.

Triplicem varietatem habemus.

α. fol. linearibus, repandis, ciliatis; flore albo. —

In montibus vallis *Ormond dessus*, *Prapioz*, *Audon*, *Taveyannaz*, *Richard*, *la Varaz* (unde habeo) et *Kienthal.*

β. fol. magis villosis, minus repandis, brevioribus; flore roseo. —

In *M. St. Bernhard*, *Simplon*; in glacialibus supra *Bagnes* et *les Martinets*,

γ. calyc. et fol. tomentosis; flore purpureo. —.

In M. *Trone* Rhætorum, et in Alpibus Vallis *St. Nicolai.* 618.

3. A. *Vitaliana*, fol. linearibus, recurvatis; flor. subsessilibus. L.

In altissimis Alpibus inter Valesiam et Italiam

positis : ut in *Sempronio* monte, super vallem *S. Nicolai* et *Praporgne*, et in valle *d'Angrogne*. (Flos luteus.) 616.

86. ANDROSACE. (*Mannsschild.*) *G. pl.* 257.

Involucrum umbellulæ. Cor. tubus ovatus, faux glandulis obsessa ; caps. 1-locularis, globosa.

1. A. *maxima*, perianthiis fructuum maximis. L. *Jacq. Austr.* t. 331.

In segetibus circa *Aven* Valesiæ. 624.

2. A. *obtusifolia*, fol. lanceolatis basi angustatis glabris, perianthiis angulatis pubescentibus. W. *Allioni.* Sp. pag. 22. t. 4.

In M. *Jeman*, *col de Ferry*, *St. Bernhard* ; supra *les Martinets* ; supra le *Val de Bagnes* ; in *Speluga*. 621, ego in Panerossa reperi. Aug. flor.

3. A. *villosa*, fol. lineari-lanceolatis margine villosis, perianthiis villosis. W. *Jacq.* Coll. 1. t. 12. f. 3. et *Austr.* t. 332.

Vulgo in omnibus Alpibus, etiam in Iuræ jugis. *Dolaz*, *Falconario*. 620. (A. *Chamæjasme* nimis argute separatur.)

4 A. *lactea*, fol. lanceolatis glabris ; umbella involucris multoties longiore. L. *Jacq. Austr.* t. 333.

Frequens in Iura, in *Creux du Vent, Wasserfall, Thuiri* etc. 622. in M. *Fracto*, et ad *Thermas Fabarias* æstate floret. C. B. Prodr. 118. ex *Halleri* synon.

5. A. *carnea*, fol. linearibus ciliatis rugosis; floribus umbellatis. H. *Allioni. Ped.* Tab. V. f. 2. *Linnæi* Var. *β*.

In Alpibus Abbatiscellanis; in *Fouly*, *St. Bernhard*, *Salanfe*. In summo *Canigou* et *Ballon*. 619.

87. PRIMULA. (*Primel, Schlüsselblume.*) G. pl. 258.

Involucrum umbellulæ; Cor. tubus cylindricus, ore patulo; Caps. 1-locularis apice 10-dentato dehiscens.

1. P. *officinalis*, fol. rugoso-dentatis; limbo corollarum concavo, tubi collo oblongo. *Hofm.* Germ. p. 67. *Oed. Dan.* t. 433.

In pratis, imprimis apricis 610. Fl. April. Maj.

2. P. *inodora*, fol. rugoso-dentatis; limbo coroll. plano, tubi collo hemisphærico. *Hofm.* l. c. *Oed. Dan.* t. 434.

Vulgatissima in sylvis, sepibus, locis umbrosis. 609.

(Flores exteriores nutantes.) Flor. April. Maj.

3. P. *acaulis*, fol. subtus villosis, pedun-

culis radicalibus unifloris. *Hofm.* l. c. *Oed. Dan.* t. 194.

In magna parte australis Helvetia. Incipit *Lausannæ*, inde per Vaudensia vineta in Aquilejenses continuatur, et ubique etiam hiemem ornat. Circa *Neocomum Curiæ*. 608.

(Var. Flore viridi, pleno.)

4. P. *farinosa*, fol. rugosis crenatis glabris, subtus farinosis; flor. umbellatis, limbo plano. S. *Oed. Dan.* t. 125.

Vulgo in pratis humidis subalpinis; etiam *Bernæ* inter utrumque balneum et inter *Seelhofen* et *Arolam* fl. Ita circa *Roche*, versus le *Furet*, circa *Tigurum*, *Scaphusiam*. Inde in Alpes adscendit: in *Enzeindaz*, *Fouly*. 623. In *Pilato*.

(Var. flore albo in Alpibus supra *lez Plans* et Valesiacis.)

5. P. *villosa*, fol. serrulatis planis hirsutis; scapo 1-2 floro. S. *Jacq. Austr.* app. t. 27.

In montibus *Scheideck*, *Gotthardo*, *Fouly*, *Jeman*, *St. Bernhard*, *Gamor*, *Nesso*. Etiam in planitiem cum rupibus descendit, et abundat circa fissuram rupium, per quam torrens le *Trient* in vallem prope *Martigny* erumpit. 618.

6. P. *longiflora*, fol. serratis glabris; umbella nutante; corollæ tubo longissimo. L. *Jacq. Austr.* app. t. 46. *Allion.* Ped. t. 39. f. 3.

In M, *Montemor* Valesiæ superioris. 611.

(Tubus floris purpureus, flos violaceus.)

7. P. *marginata*, fol. obovatis, serrato-dentatis, albo-marginatis; scapo multifloro; involucri foliolis pedunculis brevioribus. W. ex *Curt. Mag.* 191.

In Alpibus Helveticis; nec *Hallero* nec aliis nota.

8. P. *Auricula*, fol. serratis glabris obovatis; scapo multifloro circiter longitudine foliorum. *Jacq. Austr.* t. 415.

In omnibus Alpibus. Vulgo luteo flore, albo passim, e. g. circa *Wesen*, in Iuræ montanis, *au Rocher des Voutiéres prés d'Ondervilliers.* 612.

9. P. *minima*, fol. dentatis cuneiformibus nitidis hirsutis; scapis subunifloris. L. *Jacq. Austr.* t. 273.

Supra *Gotthardum*. *Hallerus* vero non reperit. 614.

(Corolla carnea, intus hirsuta.)

10. P. *integrifolia*, fol. integerrimis ellipticis, ad oras subcrenato-cartilagineis; umbella erecta; calyc. longe tubulosis obtusissimis. *Jacq.* misc. 1. p. 160. Fl. Austr. t. 327.

In Alpibus passim, non tamen ubique. In M. *Joch*, *Sureneck*, *Septimo*; *Lunæ*; *Hohen-*

kasten, *Krajalp*, *Furkmatt*; *Mürtschen*, *Galanda.* In *Spelugæ* saxosis et paludosis siccis. In *Gotthardo.* 615. (In *Pilato.*)

88. SOLDANELLA. (*Alpenglökgen.*) G. pl. 260.

Cor. campanulata, ore lacero-multifido; caps. 1-locularis, apice multidentato dehiscens.

S. *alpina*, flor. nutantibus, laciniis dentatis, stylo corollam excedente; fol. reniformibus sublobatis. *Schmidt* bohem. *Jacq.* Austr. t. 13.

Ubique in Alpibus, qua nix nuper deliquescit. In M. *Dolaz.* Etiam in montanis. e. g. in *Ramlisberg.* Var. flore albo. 634.

89. CYCLAMEN. (*Schweinbrod*, *Erdscheibe.*) G. pl. 262.

Cor. rotata reflexa tubo brevissimo: fauce prominente; bacca tecta capsula.

1. C. *europæum*, fol. orbiculatis cordatis crenatis. W. *Jacq.* Austr. t. 401.

In subalpinis. Rupe; *au Rocher de la Praisse*, et e regione ad scopulos sub *Porta Saxi.* Circa *Wesen*, *Wallenstadt*, *Chur*, in Rhætia, ad lacum *Thunensem.* In M. *Saleva*, *Generoso.* In submontanis: passim in Neocastrensi comitatu. 635.

(Var. albo flore, parva, oblonga radice. etc.)

2. C. *hederæfolium*, fol. cordatis angulatis denticulatis. W.

In montibus Rhæticis habet *Lobelius* Adv. ic. 605; sed præter eum nemo in *Helvetia* vidit. *Hall.* 635. var. ε.

90. MENYANTHES. (*Zottenblume.*) G. *pl.* 263.

Cor. infundibiliformis hirsuta; stigma 2-fidum; caps. 1-locularis.

M. *trifoliata*, fol. ternatis, cor. laciniis margine integris, superne barbatis. *Roth* Germ. *Oed. Dan.* t. 541.

Frequens in fossis paludosis totius *Helvetiæ*; etiam in subalpinis et montanis. 633. Fl. April-Jun.

91. HOTTONIA. (*Wasserfeder.*) G. *pl.* 265.

Cor. hypocrateriformis; stam. tubo corollæ imposita; stigma globosum; caps. 1-locularis.

H. *palustris*, fl. verticillatis pedunculatis. W.

Abunde in paludosis inter tres lacus; tum in fossis sub pago *Bühl*, *Walperswyl* et *Michelfeldæ*. 632.

(Folia quina, pinnata, supra aquam expansa.)

92. LYSIMACHIA. (*Weiderich.*) *G. pl.* 269.

Cor. rotata ; caps. globosa, mucronata, 10-valvis.

Pedunculis multifloris.

1. L. *vulgaris*, paniculata, racemis terminalibus. L. *Oed. Dan.* t. 689.

In udis, pratis et fossis frequenter. 630.

(Var. fol. binis, ternis, quaternis.) Fl. Jun. Jul.

2. L. *thyrsiflora*, racemis lateralibus pedunculatis. L. *Oed. Dan.* t. 517.

Circa *Hegnau* agri *Tigurini*. 631.

Pedunculis unifloris.

3. L. *punctata*, fol. subquaternis subsessilibus ; pedunc. verticillatis unifloris. L. *Jacq. Austr.* t. 366.

Wildenow et *Reichard* in *Helvetia* nasci affirmat, quo jure et cujus autoritate nescio. Saltem apposuisse non pigebit.

4. L. *nemorum*, fol. ovatis acutis ; flor. solitariis ; caule procumbente. L. *Oed. Dan.* t. 174.

Vulgaris circa *Bernam* in sylvis. (Et *Basileæ* in sylva Wylensi et ad Wiesam in alneto.) Etiam in Alpes adscendit. (e. g. in Pilatum.) 628. Fl. Jun. Jul.

5. L. *Nummularia*, fol. subcordatis; flor. solitariis; caule repente. L. *Oed. Dan.* t. 493.

Vulgo in humidis, præcipue sylvaticis. 629.

93. Anagallis. (*Ganchheil.*) G. *pl.* 270.

Cor. rotata; caps. globosa, 1-locularis, circumscissa.

1. A. *phœnicea*, caule procumbente; fol. ovato-lanceolatis; calycis segmentis lanceolatis. *Hall. Hofm. Germ.* p. 70.

Ubique in arvis et hortis. 625. Fl. Jun..Jul.

(Var. flore albo.)

2. A. *cærulea*, caule procumbente; fol. ovato-lanceolatis; petalis serratis; calycis foliis subulatis. *Hall.*

In agro Aventico, *Bernæ* nulla. 626.

Utramque in agris et hortorum areolis habet. C. B. *Basil.* p. 74. sic ego circa *Tobinium.*

(Var. fol. ternis, quaternis.)

94. Azalea. (*Azalee.*) G. *pl.* 277.

Cor. campanulata, laciniarum lateribus inflexis; stam. receptaculo inserta; caps. 5-locularis, 5-valvis.

A. *procumbens*, ramis diffuso-procumbentibus. L. *Oed. Dan.* t. 9.

In Alpibus imprimis agri Aquilejensis *omnibus* abunde.

In *Val de Lie, Gemmio, Gothardo*; *Grimsula, Speluga, Albula, Adula* etc. 666.

95. CONVOLVULUS. (*Winde.*) *G. pl.* 287.

Cor. campanulata, plicata; stigmata 2; caps. 2-locularis, loculis dispermis.

1. C. *arvensis*, fol. sagittatis, utrinque acutis; pedunculis subunifloris. L. *Oed. Dan.* t. 459.

In agris et hortis nimis frequens 664. Fl. Maj-Jul.

2. C. *sepium*, fol. sagittatis postice truncatis; pedunculis tetragonis unifloris. L. *Oed. Dan.* t. 458.

Ubique ad sepes. 663. Fl. Jun-Aug.

96. POLEMONIUM. (*Speerkraut.*) *G. pl.* 289.

Cor. rotata, 5-partita, fundo clauso valvis staminiferis; stigma 3-fidum; capsul. 3-locularis.

P. *cæruleum*, fol. pinnatis; flor. erectis; calyc. tubo corollæ longioribus. L. *Oed. Dan.* t. 255.

In insula Rheni supra *Märk*. In Rhætiæ sylvis. In *Albulæ* descensu versus *Bergün*. In Descensu *Spelugæ*. In comitatu Neocastrensi.

In sylva *Bremgarten* cis *die Neubrük* prope *Bernam*. 665. Fl. æstate.

97. Verbascum. (*Königskerze.*) G. *pl.* 331.

Cor. rotata, subinæqualis; filamenta inclinata villosa; caps. 2-locularis, 2-valvis.

1. V. *thapsus*, fol. decurrentibus, utrinque tomentosis; caule simplici. L. *Oed. Dan.* t. 631.

Ubique in glareosis, in fossis et ad vias 581. Fl. Jul. Aug.

(Var. fol. angustioribus decurrentibus, circa *Fouly*, *Agaunum* et *Octodurum* Valesiæ, 582. quod est V. *bicolle Murray.* prodr. monente *Reichardo,*)

2. V. *Lychnitis*, fol. ovato-lanceolatis, subtus incanis, radicalibus petiolatis, caulinis sessilibus; spica laxa ramosa. *Oed. Dan.* t. 586.

In ruderatis, ad vias. 583. Fl. Jul-Sept.

(Variat flore albo et luteo.)

3. V. *nigrum*, fol. crenatis, radicalibus petiolatis cordato-lanceolatis, caulinis sessilibus angustioribus. S. *Fl. Dan.* 1088.

α. Flore luteo ad vias vulgare.

β. Flore albo. *Badæ. Aquilejæ*, et ad muros cœmeterii *Künizensis*. 584. Fl. Jun-Aug. (Filamenta purpureo-villosa.)

4. V. *blattaria*, fol. glabris serratis, radicalibus petiolatis sinuatis, caulinis amplexicaulibus; spica rariori; pedunculis solitariis. S.

In pago Aventico passim, ut circa Urbam, ad pavimentum Mosaicum, in *Boseja*: circa *Montagny*, *Sussevaz*, *Freycovagnes*. Circa *Ebrodunum*, *Genevam*, ad sepes et agrorum limites. *Scaphusiæ*.

(Stamina purpura barbata, stylus violaceus.) 585.

98. DATURA. (*Stechapfel.*) G. *pl.* 332.

Cal. tubulosus deciduus; Cor. infundibiliformis, plicata. Caps. 4-valvis.

D. *Stramonium*, pericarp. spinosis erectis ovatis; fol. ovatis glabris. L. *Oed. Dan.* t. 436.

Americana planta, in hortis, fimetis, et circa urbes. 586. Fl. Jun-Sept.

99. HYOSCYAMUS. (*Bilsenkraut.*) G. *pl.* 333.

Cal. tubulosus, inferne ventricosus; Cor. infundibiliformis obtusa semi-5-fida, lacinia unica reliquis latiore. Stam. inclinata; Caps. bilocularis circumscissa, operculo horizontaliter dehiscente.

H. *niger*, fol. amplexicaulibus sinuatis; flor. sessilibus. L. *Bull.* t. 93.

In fimetis, ad vias et fossas. etc. 580. Fl. Jul Aug.

100.

100. ATROPA. (*Wolfskirsche*, *Tollkraut.*) G. *pl.* 335.

Cor. campanulata; stam. basi conniventia, superne extrorsum divergentia, arcuata; Bacc. globosa 2-locularis.

1. A. *Mandragora*, (*Alraun Tollkraut*) acaulis, scapis unifloris. L.

In præcipitis Montis *Generosi* Helvetiæ transalpinæ.

(Flos subviolaceus; fructus luteus, fœtidus.) 578.

2. A. *Belladonna*, caule herbaceo; fol. ovatis integris. L. *Jacq. Austr.* t. 309.

Ubique in sylvis cæduis. 579. Fl. Jul. Aug.

101. PHYSALIS. (*Schlutte.*) G. *pl.* 336.

Cor. rotata; Stam. conniventia; Bacc. intra calycem inflatum coloratum bilocularis.

P. *Alkekengi*, fol. geminis integris acutis; caule herbaceo, inferne subramoso. L. *Schk.* t. 45.

Minime rara circa *Mathod*, *Baume*, *Bex*, *au Furet*, *a la Praisse*, locis umbrosis. Sic *Tiguri*, *Basileæ* ad ædem D. *Albani*, et in dumetis circa *Brüglingen*. 577. Fl. Jul. Aug.

102. SOLANUM. (*Nachtschatten.*) G. *pl.* 337.

Cor. rotata; Antheræ subcoalitæ apice poro gemino dehiscentes. Bacc. 2-locularis.

1. S. *Dulcamara*, caule inermi frutescente flexuoso; fol. superioribus hastatis; racemis cymosis. L. *Oed. Dan.* 607.

In paludosis fossis frequens. 575. Fl. Jun-Aug. (Var. albo flore circa *Walkenried.*)

2. S. *nigrum*, caule inermi herbaceo; fol. ovatis dentato-angulatis; racemis distichis nutantibus. L. *Oed. Dan.* t. 460.

In hortis et ruderosis. 576. *α. β.*

(Var. baccis luteis, croceis; fol. angulatis, integris et magnitudine, cum in arenosis *Michelfeldæ* vix palmum excedat. C. B. *Basil.* p. 51.)

3. S. *villosum*, caule inermi herbaceo; ramis teretibus villosis; fol. ovatis angulosis villosis; baccis nigris acinis luteis. *Hofm.* Germ. p. 79.

In hortis subinde; circa Ferrieres. 576. *γ.*

103. VINCA. (*Sinngrün.*) *G. pl.* 419.

Contorta. Cor. hypocrateriformis; Stigma capitatum orbiculo plano insidens; Folliculi 2, 1-valves.

1. V. *minor*, caul. procumbentibus; fol. lanceolato-ovatis; flor. pedunculatis. L. *Blakwell.* t. 59.

Ubique in umbrosis primo vere ad Jun. 572.

Var. flore albo et purpureo: sic in sylvula super *Muri*, super scaturiginem *le Furet* prope *Roche, Lausannæ*, (et *Tobinii.*)

2. V. *major*, caul. erectis; fol. ovatis; flor. pedunculatis. L.

In ruderosis et vetustis muris pagi *Yvorne*: similibus locis circa molendinum *Grand Champ* prope *Chillon*. 573.

c. *Flores monopetali, superi.*

104. CAMPANULA. (*Glokenblume.*) G. *pl.* 290.

Cor. campanulata, fundo clausa valvis staminiferis; stigma 3-fidum; Caps. infera 3-5-locularis, totidem foraminibus lateralibus dehiscens.

Foliis lævioribus.

1. C. *cenisia*, caul. unifloris; fol. ovatis glabris integerrimis subciliatis. L. *Allioni.* Ped. T. VI. f. 2.

Circa rupes glaciales *les Martinets, à la Varaz, Serin, Fouly.* 696. (folia sessilia.)

2. C. *rotundifolia*, glabra; fol. radicalibus oblongis reniformibus dentatis, caulinis linearibus integerrimis. W. *Oed. Dan.* t. 189.

Vulgo in muris et ad vias. 701. Fl. Jul. Aug.

3. C. *pusilla*, fol. omnibus serratis, radicalibus cordato-ovatis, firmis, nitidis, caulinis linearibus alternis remotis. *Jacq.* Collect. 2. p. 79.

Frequens in Alpibus: Flore albo passim

Scheuchzer, flore cœruleo in planitiem descendit, ut in insulas Arolæ supra Bernam. 702. (*in Enzeindaz* Augusto florentem inveni.)

4. C. *linifolia*, fol. pubescentibus, radicalibus obovato-lanceolatis subserratis; caulinis lineari-lanceolatis; caule subunifloro pubescente. S. *Barrel.* ic. 487. *Allioni Ped.* t. 6. f. 1.

In valle Ursaria. In montibus Aquilejensibus. 700.

(Sic ego inveni; etiam in *Gemmio* Augusto florentem, et inter *Enzeindaz* et *Diableret.*)

5. C. *Schleicheri*, fol. omnibus linearibus integerrimis glabris subciliatis; flor. axillaribus secundis cernuis; caule glaberrimo S.

Hanc misit in Alpibus inventam Cl. *Schleicher*, nomine C. *Scheuchzeri.* Hæc vero uniflora est, et habet folia radicalia rotundiora (C. *Linifolia.*) Nostra habet 6-7-flores secundos, glaberrima est etc. Ab omnibus diversa, inventoris nomine digna. An C. *Linifolia rara.* I. *Bauh.* H.P. II. 797? Videtur.

6. C. *patula*, fol. strictis; radicalibus lanceolato-ovalibus; panicula patula. L. *Oed. Dan.* t. 373.

In descensu montis *Gotthard* versus *pontem Diaboli.* 698. (Flor. exigui parvi; cal. ad laciniarum basin denticulo 2-fido. *Hofm. Germ.* p. 71.

7. C. *Rapunculus*, fol. radicalibus lanceolato-ovalibus undulatis, caulinis serratis; caule angulato scabro; floribus paniculatis. *Oed. Dan.* t. 855.

Vulgo ad vias, sepes, sylvarum oras, nec raro albo flore. 699. Fl. Maj-Jul.

8. C. *persicifolia*, fol. radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis L. *Bull.* t. 367. *Fl. Dan.* t. 1087.

Circa *Basileam, Aquilejam, Echarpigny*, et in agro Aventico ubique; tum circa *Genevam, Neocomum*, *Gorgier*, inter *Sonceboz* et *Biennam* ad oras nemorum. 697. Fl. Jul. Aug.

9. C. *rhomboidea*, fol. rhomboidibus serratis; spica secunda; calyc. dentatis. L. *Barrel.* ic. 567.

In Alpinis et submontanis pratis et sylvis perfrequens. Flore albo circa *Geschinen*. 693.

(Sunt quidem flores aliquot per caulem sparsi, sed summi glomerati, tamen secundi.)

Foliis scabris.

10. C. *latifolia*, caule tereti striato glabro; fol. ovato-lanceolatis duplicato serratis; pedunc. axillaribus unifloris erectis; calycibus glabris. *Schmidt*, apud W. *Oed Dan.* t. 85.

A la Combe de Valanvron, et au Cul des Près, alibique in sylvis obscuris. Etiam ad *Lacum Rivarium.* 691.

11. C. *rapunculoides*, fol. cordato-lanceolatis; caule ramoso; flor. secundis, sparsis, calyc. reflexis. L.

In sepibus inter *Arlesheim* et *Mönchenstein.* In segetibus circa *Genevam.* Circa *Roche* abunde, et imprimis *Agauni,* ad oppidi introitum. Circa *St. Imier.* 692.

12. C. *bononiensis*, fol. amplexicaulibus ovato-lanceolatis serratis, subtus tomentosis, sessilibus, caule paniculato. S.

Unico loco reperta, inter *Branson* et *Fouly.* 689.

(*Thomas* reperit etiam *à Gontey* Valesiæ inferioris, ad oras vinearum.)

13. C. *Trachelium*, fol. petiolatis, cordato-lanceolatis, acute serratis, hirsutis; flor. nutantibus, pedunculis trifidis triflorisque; calycibus hispidis. S. *Bull.* t. 319. *Fl: Dan.* t. 1026.

Nihil vulgatius ad sylvarum margines et in sepibus. Flore albo in subalpinis, ut in Valle *Uriensi*, *Haselia*, Valesia superiore. 690. Fl. Jul. Aug.

14. C. *glomerata*, caule angulato simplici glabriusculo; fol. scabris oblongo-lanceola-

tis cordatis sessilibus; capitulo glomerato. W. *Barrel.* ic. 523. No. III. *Allion.* Ped. t. 39. f. 1.

Vulgo ad vias, et in collibus aridis. 685. Fl. Jun. Jul.

(Folia radicalia petiolata.)

15. C. *cervicaria*, hispida; flor. sessilibus, capitulo terminali; fol. lanceolato-linearibus undulatis. L. *Oed. Dan.* t. 787.

Rarior in Helvetia. *Scheuchzerus* ex quarto itinere retulit, loco non expresso. *Hallerus* nunquam reperit, 686.

16. C. *thyrsoidea*, hispida, racemo ovato-oblongo terminali; caule simplicissimo; fol. lanceolato-linearibus. L. *Jacq. Austr.* t. 411.

In Alpinis pratis lapidosis ubique: in montanis rarior, tamen in monte *Botrodz*, qua ad summum montem *Dolaz* adscenditur. 688.

(Caulis totus foliis floribusque tectus. Fl. Jul. Aug.)

Capsulis obtectis, calycis sinubus reflexis.

17. C. *Allionii*, caps. obtectis; caule unifloro hispido; fol. lineari-lanceolatis undulatis hispidis. W. *Allioni Spec. ped.* pag. 36. t. 6. f. 3.

In M. *Lioson, Col de Ferry, Prapioz.* 694. β.

18. C. *barbata*, caps. 5-locularibus ob-

tectis; caule simplicissimo subunifolio; foliis lanceolatis; cor. barbatis. L. *Allioni ped.* p. 36. t. 6. f. 2.

Flore *coeruleo* abunde in omnibus alpinis, etiam humilioribus.

Flore *albo* in Valle *Medels* circa *Tavetsch*; in Valle *Ursaria*, in M. *Darbon*. 694. Fl. Aug. (Flores secundi.)

19. C. *spicata*, hispida, spica laxa; flor. alternis; fol. linearibus integerrimis. L. *J. Bauh.* H. P. II. p. 801. *Allion. Ped.* t. 46. f. 2. t. 47. f. 1. —.

Passim in Valesia: circa *Tavernetta*, Arcem *Octodurensem*, *Lida*, *St. Pierre* et *Fouly*. In Helvetia transalpina, *a Chiavenna ad Ripa.* Ad lacum *magnum*, et lacum *Comensem*, ad vineas. 687.

19. C. *alpina*, caule simplici; pedunc. 1-floris axillaribus diphyllis. L. *Jacq. Austr.* t. 118.

In M. *Scheideck*, aliisque alpinis. 695.

20. C. *speculum*, caule ramosissimo diffuso; fol. oblongis subcrenatis; flor. solitariis; caps. prismaticis. L.

Passim in segetibus. 703. Fl. Jun. Aug. (Fol. sessilia; flos purpureus.)

21. C. *hybrida*, caule basi subramoso stricto; fol. oblongis subcrenatis; calyc. ag-

gregatis corolla longioribus; caps. prismaticis L.

In sepibus et inter segetes, locis macilentis nobis vulgatior. 704.

(Differt præsertim a *Speculo*; flor. sessilibus, ternis-quaternis. Fl. Iul. Aug.)

105. PHYTEUMA. (*Rapwurzel.*) G. *pl.* 292.

Cor. ab initio corniculata, ad basin dein 5-partita, rotata, laciniis linearibus; Caps. 2-3-locularis, utrinque foramine laterali dehiscens.

1. P. *pauciflora*, capitulo subfolioso; bract. ovatis ciliatis; fol. omnibus lineari-lanceolatis subcrenatis. W.

In Monte *Bündtnerberg*. 680.

2. P. *Scheuchzeri*, fol. radicalibus petiolatis lineari-lanceolatis subserratis, caulinis linearibus integris; bracteis linearibus, duabus imis longissimis. S. *Allioni* ped. t. 39. f. 2. optime.

In rupibus ad *viam malam*. In *Speluga*. In M. *Cenero* inter *Bellinzonam* et *Luganum*, et in rupibus circa eam civitatem et *Chiavennam*. 682. In *Val Saas* invenit *Schleicher*.

(P. Scorzonerifolia *Villarsii Delph.* ab hac non diversa erit; nec *Hallerus* separabat P. *Michelii.*)

3. P. *hemisphærica*, capitulo subrotundo; bracteis ovato-lanceolatis subhirsutis; fol. linearibus subintegerrimis longissimis; caule unifloro subnudo. S.

In Alpibus paulo altioribus non rara; in adscensu a *Ponte Diaboli*; in M. *Furca*, *Grimsula*, *Ioch*, *Iavernaz*, *Martinets*, *Prapioz*, *Ieman*, *Fouly* etc. Flore albo in summo *Speluga*. 679. ego in *Panerossa* Aug. florentem inveni.

4. P. *orbicularis*, capitulo subrotundo; fol. radicalibus petiolatis; bracteis ovato lanceolatis. S.

In subalpinis et montanis frequens. 681.

(Var. multis spicis caulem ambientibus. *Hall.* *alia*: fol. omnibus oblongo ellipticis obtusis, quæ est P. *ellyptica Villarsii Delph*: quam ex M. *Treftier* misit *Schleicher*.)

5. P. *betonicæfolia*, spica oblonga; fol. simpliciter crenatis, radicalibus lanceolato-cordatis, caulinis lanceolatis. W. *Villars Delph.* II. p. 518. t. 12. f. 3.

Schleicher in Catalogo habet. pag. 57. Ego ex *La Varaz.*

6. P. *spicata*, fol. radicalibus cordatis, petiolatis, caulinis sessilibus lineari-lanceolatis rarius serratis; spica oblonga, bracteis linearibus. S. *Oed. Dan.* 362.

Flore ochroleuco vulgaris in pratis et nemoribus.

Flore cæruleo in Valle *de Freniéres* abunde, in Valle *Ormond* et circa *Lausannam* et *Genevam*. 684.

(Var. flore quadrifido, spica gemina, et foliis macula fusca notatis.)

7. P. *ovata*, spica ovata; stylis hirsutis flore longioribus emarginato-bifidis; fol. radicalibus cordatis, duplicato-dentatis. W.

Passim in pratis subalpinis, in Valle *Grindelia*, *Ursaria*, *Haselia*, circa *den Boden*; circa thermas *Leucenses*, *Piperinas*, et inter *Lenz* et *Brienz* Rhætiæ. In iisdem montibus super *Falz*. In M. *Fouly* circa *Anderam* et fontes *Rhodani*. 683.

(Omnium maxima. Folia radicalia longe petiolata, caulina summa lanceolata, dentata.)

106. SAMOLUS. (*Salzpungen.*) G. *pl.* 294.

Cor. hypocrateriformis 5-fida, laciniis quinque accessoriis ad basin sinus limbi conniventibus; caps. infera, 1-locularis, 5-valvis.

S. *Valerandi*, L. *Oed. Dan.* t. 198.

In fossis circa *Vervay* Aquilejensium. 707.

107. LONICERA. (*Lonicere.*) G. *pl.* 319.

Cor. 1-petala, irregularis, laciniis revolutis, una profundius separata; stigma obtuso-capitatum; bacca infera.

Caule volubili.

1. L. *periclymenum*, capitulis ovatis imbricatis terminalibus; fol. omnibus distinctis L. *Fl. Dan.* t. 908.

In sepibus et sylvis Valesiæ circa *Gonthey*, *Fouly*. En *Chamblande* et in sylva *Sauvebelin* prope *Lausannam*. *Bernæ* rarior in sylva *Bremgarten*. In montanis circa *Zweylütschinen* etc. (*Tobinii am Weissenberg.*) 673.

Pedunculis bifloris.

2. L. *nigra*, baccis distinctis, fol. ellipticis integerrimis. L. *Jácq. Austr.* t. 314.

Passim in subalpinis et montosis. In M. *Dolaz*; in via *l'Echelette* inter lacum Iuranum et *Valorbe*. Circa Ferrarias officinas Vallis *Erguel* etc. In subalpinis, *en Collatel* sub monte *Javernaz*.

(Folia juniora hirsuta, subplicata, unde quasi serrata. Stipulæ ovato-lanceolatæ. Bracteæ squamis 2 aridis, et foliolis 3-5-transversis latis, basi connatis. Cor. purpurascens; Sem. 5-6. *Hall.*) 676.

3. L. *Xylosteum*, bacc. distinctis; fol. integerrimis pubescentibus. L. *Oed. Dan.* t. 808.

Vulgo in sepibus et dumetis. 677. Fl. Maj. Jun.

4. L. *alpigena*, bacc. coadunatis digy-

nis; fol. ovali-lanceolatis. L. *Jacq. Austr.* t. 274.

In montanis circa *Wallenburg.* In M. *Wasserfall*, *Dent de Vaulion*, *Montendre*, *Falconario*, *Hengst*, *Saleva*, *Thuiry.* In Alpinis Aquilejensium. In adscensu *Gemmii* a Pago *Kandersteg* etc. in *Pilato.* 675.

(Folia subhirsuta, integerrima; flos sublacteus, extus subruber, hirsutus. *Hall.*

5. L. *coerulea*, bacc. coadunatis globosis; stylis indivisis. L. *Jacq. Austr.* app. t. 17.

Rariter in Alpinis et submontanis. Abunde in M. *Richard*; in M. *la Pierre* Valesiæ et circa *Praborgne.* *A la Chaux du milieu* versus *la Brevine.* *Dans les Marais de Monible du petit Val.* 674.

(Cortex flavissimus, fol. ovata, integerrima. flores parvi ochroleuci.)

d. *Flores pentapetali, inferi.*

108. RHAMNUS. *(Wegdorn.)* *G. pl.* 358.

Cor. squamulis 5 introrsum conniventibus staminaque munientibus; Bacca subrotunda.

Spinosi.

1. R. *catharticus*, spinis terminalibus; flor. 4-fidis dioicis; fol. ovatis; caule erecto. L. *Oed. Dan.* t. 850.

Satis frequens ad sepes. Majusculæ arbores inter utrumque lacum *Seedorfensem*. 824. Fl. Maj. Jun.

2. R. *saxatilis*, spinis terminalibus; flor. 4-fidis hermaphroditis. L. *Jacq. Austr.* t. 53.

Inter *Chur* et *Embs*. 822.

(Folia ovato-lanceolata serrata glabra. *Hall.*)

Inermes.

3. R. *alpinus*, inermis; flor. dioicis; fol. ovato-lanceolatis, crenatis, glaberrimis. *Hall.* t. 40.

In subalpinis et montanis. 823.

4. R. *pumilus*, inermis repens; flor. hermaphroditis; fol. petiolatis ovatis crenatis. *Jacq. Collect.* 2. t. 11.

Inveni ad *Chemin Neuf*, quà itur a *Diableret Aven* Valesiæ. Habet etiam *Schleicher* in Catalogo pag. 58.

(Folia sunt potius oblonga et serrata.)

5. R. *frangula*, inermis; flor. monogynis hermaphroditis; fol. integerrimis. L. *Oed. Dan.* t. 278.

In sepibus et paludosis 821. Fl. Maj. Jun.

109. EVONYMUS. *(Spindelbaum.) G. pl.* 373.

Cor. 4-5 petala; filamenta germini impo-

sita ; Caps. 5-gona, 5-locularis, 5-valvis, colorata ; semina calyptrata.

1. E. *europæus*, flor. plerisque 4-fidis ; fol. sessilibus. L. *Bull.* t. 135.

Ad sepes et in dumetis. 829. Fl. Maj. Jun.

2. E. *latifolius*, panicula trichotoma ; fol. lato-ovatis æqualiter serratis ; ramis lævibus. *Hellen. Dissert.* in *Usteri* Delect. 1. p. 96. *Jacq. Austr.* t. 289.

Circa *Thermas fabarias* et *Chiavennam.* 830.

110. Vitis. *(Filziger Wein.) G. pl.* 396.

Petala apice cohærentia emarcida. Bacca 5-sperma, supera.

V. *Labrusca*, fol. cordatis subtrilobis dentatis subtus tomentosis. L.

Ad sepes et in sylvis. 825.

e. *Flores pentapetali, superi.*

111. Ribes. *(Krausbeere, Iohannisbeere.) G. pl.* 390.

Petala 5, et stamina calyci inserta, styl. 2-fidus ; Bacca polysperma infera.

Inermia.

1. R. *rubrum*, racemis glabris nutantibus ; flor. planis ; fol. obtuse 5-lobis, caule erecto. W.

In subalpinis et submontanis. In Aquilejensi-

bus, circa *Arveia* ad molendinum, in sepibus; et abunde in M. *Fouilloux*. Prope *Bernam* in sylva *Bremgarten*. In Iuræ vallibus *Combe de Valanvran, au haut des Converts, au roc Mildeux*, à la *Metairie* du *Creux*. 818.

(Petal: parva rubra, bacca rubra.)

2. R. *alpinum*, inerme; racemis erectis; bracteis flore longioribus. L. *Jacq. Austr.* t. 47.

In subalpinis et submontanis. Supra Thermas Leucenses; in agro Aquilejensi pene ad ædes pagi *Roche*; *aux rochers de la Praisse.* In montanis *l'Echelette* supra *Valorbe*. Supra *Riegolswyl*, in itinere ad montem *Wasserfall*. *A la Combe de Valanvron* et circa *Ferriére*. In M. *Saleva* et *Thuiry*. 817.

3. R. *nigrum*, inerme; racemis pilosis; flor. oblongis. L. *Oed. Dan.* t. 556.

Ad ripas rivorum et stagnorum, circa *Tigurum*, *Bernam*; versus *Büren*. Circa *Wengi* in paludosis etc. 819.

(Folia subtus punctata. In tota planta odor urinæ felinæ.)

Aculeata.

4. R. *reclinatum*, ramis subaculeatis reclinatis, pedunculi bractea triphylla. L.

5. R. *Uva crispa*, ramis aculeatis; bac-

cis glabris; pedicellis bractea monophylla. L. *Oed. Dan.* t. 546.

In sepibus. 820.

(*Hallerus* non separat; nec *Grossularia* separari debet cum baccis subhirsutis.)

112. HEDERA. (*Epheu.*) *G. pl.* 395.

Petala 5, oblonga, apic. incurvis. Bacca 5-sperma, calyce cincta.

H. *Helix*, fol. 5-angularibus, 5-lobisque, floralibus ovatis; umbella erecta. W. *Fl. Dan.* t. 1027.

Sterilis ubique in sylvis.

Fœcunda in tota Helvetia calidiori. Circa *Interlaken* etc. 826.

f. *Flores incompleti*; *superi.*

113. THESIUM. (*Leinblatt.*) *G. pl.* 410.

Cal. 1-phyllus, cui stamina inserta; cor. 0; sem. 1, subrotundum tectum.

1. T. *linophyllum*, panicula foliacea; fol. linearibus. L.

In Helvetia rarum. Inter *Mendris* et *Cassina*, in via ad montem *Generosum.* 1573.

(Caulis firmus rectus; folia radicalia longe petiolata, elliptica, circumserrata. *Hall.*)

2. T. *alpinum*, racemo foliato; fol. linearibus. L. *Jacq. Austr.* t. 416.

In M. *Fouly*; supra *Port Valey*; in glacialibus supra *Bagnes*. 1574.

β. Caule altiori, erectiori, foliis tamen linearibus, mollibus et flaccidis, flor. 4-5-fidis.

In monte *Gurten* prope *Bernam*; in montibus *Biennensibus*; in valle *Adelboden*, in montanis et subalpinis pascuis ubique.

A. *Flores monopetali.*

114. ASCLEPIAS. (*Schwalbenwurz.*) G. *pl.* 429.

Contorta, cor. 5-partita; nectaria 5 carnosa s. cucullata, tubo filamentorum infra antheras adnata, e fundo corniculum acutum introrsum flexum exserentia. Sem. pappo coronata.

A. *Vincetoxicum*, fol. ovatis acuminatis margine tenuissime ciliatis; caule erecto; umbellis proliferis. W. *Oed. Dan.* t. 849.

Frequens in asperis saxosis incultis, Maj. Jun. 571.

115. SWERTIA. (*Swertie.*) G. *pl.* 449.

Cor. rotata: nectaria 10 ad basin laciniarum corollæ setis parvis erectis cincta. Caps. 1-locularis, 2-valvis.

S. *perennis*, coroll. quinquefidis; pedunc. tetragonis subulatis; caule indiviso; fol. radicalibus ovalibus. W. *Jacq. Austr.* t. 243.

In udis montanis et alpinis. In M. Rigi; abunde in pratis udis *Harzersboden* inter *Tschangnau* et *Habcheren*. In Neocomensibus et Aquilejensibus etc. 636. Jul. Aug.

116. GENTIANA. (*Enzian.*) *G. pl.* 450.

Cor. 1-petala inferne tubulosa; caps. apice læviter bifida, 2-locularis, 2-valvis. Receptac. 2, singula valvulæ longitudinaliter adnata.

α. *Corollis 5-9-fidis subcampanulatis.*

1. G. *lutea*, coroll. subquinquefidis rotatis verticillatis; calyc. spathaceis. L. — .

Ubique in pratis montanis et subalpinis. 637.

2. G. *purpurea*, coroll. subquinquefidis campanulatis striato-punctatis verticillatis; calyc. membranaceis spathaceis. *Frölich.* W. *Oed. Dan.* t. 50.

In montibus; *Perche, Lioson, Iavernaz, Ovannaz, Richard, sur Champ, Enzeindaz, Fouly, Gotthardo, Pilato, Rigi, Bärenboden, Waach, Stokhorn, Speluga, Nesso.* In paludosis *die Möser* supra *Habcheren*, circa fontes *Rhodani*; in pratis vallis *Ursariæ.* 639.

β. flore *roseo*, (in monte *Lioson.*)

3. G. *pannonica*, coroll. subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis; calyc. coriaceis truncatis. *Frölich.* W. *Jacq. Austr.* t. 136.

Schleicher misit inventam.

(A sequenti distincta laciniis corollæ subrotundo-ovatis obtusis, nec ovatis acutiusculis. W.)

4. G. *punctata*, coroll. subsexfidis campanulatis punctatissimis verticillatis; calyc. membranaceis truncatis *Frölich.* W. *Jacq. Austr.* app. t. 28.

Alpina, non montana. In M. *Iavernaz, sur Champ, Taveyannaz, les Martinets*, aliisque Aquilejensibus. In M. *Fouly, Jeman, St. Bernhard, Gamor.* Ad rupem glacialem, ex qua Rhodanus scaturit. 638.

In alpib. Rhæt. frequens. *Scheuchz. It. Alp.* p. 334.

5. G. *campanulata*, coroll. septemfidis campanulatis impunctatis verticillatis; calyc. brevibus subtruncatis. *Frölich.* W. *Jacq. Austr.* app. t. 29.

(Hanc, quæ C. *Bauhino* nonnisi *luteæ* varietas est, *Willdenow* alpibus Aquilejensibus donat; quo jure, ignoro.)

6. G. *asclepiadea*, coroll. 5-fidis campanulatis oppositis axillaribus subsessilibus; fol. amplexicaulibus ovato-lanceolatis. *Frölich.* *W. Jacq. Austr.* t. 328. *Barrel.* ic. 70.

Flore *cæruleo* abunde in monte *Iavernaz* et *Mayen* etc. in descensu a *Scheideck* versus *Hasli*. In M. *Chaude* supra *Villeneuve*, in *Altmatt* prope *Einsiedlen*; ad *Heilig Creuz* vallis *Entlibuch*, in *Lauterbrunn*, *Grindelwald*. In M. *Generoso*; Etiam in montanis: *Arni* supra *Summiswald*, *Engelberg* prope *Tobinium* etc.

Flore *albo* in pascuis alpinis *Nideren* et *Bühl Glaronensium* supra *Bilten*. 640.

7. G. *cruciata*, coróll. quadrifidis hypocrateriformibus nudis verticillatis sessilibus, caul. ancipitibus basi attenuatis. *Frölich*. W. *Jacq. Austr* t. 372.

Bernæ satis vulgaris in prato carnificis suburbano, in sylvula *Weissenstein*.

Frequens in Aquilejensibus; in herbidis montis *Crenzach* etc. 643.

8. G. *Pneumonanthe*, coroll. quinquefidis campanulatis acuminatis axillàribus pedunculatis; fol. sublinearibus obtusis. *Frölich*. W.! *Oed. Dan*. t. 269. *Barrel*. ic. 52.

Non rara in pratis udis, ut circa *Bernam* sub *Seelhofen*, versus *Belp*.

In paludosis prope *Mathod*; abunde circa *Roche*. etc. 641.

b. *Corollis infundibiliformibus nudis 5-10 fidis.*

9. G. *acaulis*, corolla quinquefida cam-

panulata caulem excedente. L. *Jacq. Austr.* t. 135. *Barrel.* ic. 47. 105. 106. 110.

In omnibus subalpinis et montanis Iuræ pratis frequentissima; sic in Aquilejensium alpinis. 642.

(Var. fol. latioribus, brevioribus et angustioribus, qualem ex M. *Fouly* etiam *Schleicher* misit, sed caulis constanter uniflorus, et plerumque flore minor.)

10. G. *verna*, corolla quinquefida infundibiliformi crenata; petalis basi auriculatis; fol. ovato-lanceolatis, radicalibus confertis; caule unifloro. S. *Barrel.* ic. 109.

Frequens in pratis udis circa *Bernam, Eymatten, Seelhofen, Drakau;* inter *Muri* et *Allmadingen* ad viam. Etiam in Alpibus: *Dansex, Chapuise, la Varaz, Fouly, Simplon, Braulio* Rhætiæ etc. 644.

(Var. flore albo.)

11. G. *pumila*, corolla quinquefida infundibiliformi subserrata, petalis basi auriculatis; fol. lanceolato-linearibus, caule unifloro. S. *Jacq. Austr.* t. 302.

In summis alpibus: *Fouly, St. Bernhard, Taveyannaz, Panerossa, Gemmio.* 644. (Magnus *Hallerus* a præcedente non separat, a qua nonnisi foliis angustioribus et statura minori differt.)

12. G. *utriculosa*, coroll. quinquefidis hy-

pocrateriformibus ; calyc. carinato-alatis ; fol. caulinis spathulatis. *Frölich.* W. *Barrel.* ic. 122. f. 2.

Alpina et montana. In valle *Ursaria*; in montibus *Speluga*, *Joch*, *Ochsenstock*, *Intrame.* In montanis : *Feuerstein*, *Valanvron*, *Chasseralle.* Etiam abunde in planitie prope *Vervay* ad fossas, eundo versus *le Furet.* 646.

β. flore albo, supra *les Plans.*

13. G. *bavarica*, corolla quinquefida infundibuliformi serrata ; fol. ovatis obtusis. L. *Barrel.* ic. 98.

Ubique in alpinis, frequentissima in Aquilejensibus. 645.

β. flore albo supra *les Plans.*

(Folia radicalia conferta non semper caulinis majora; petala subserrata. Ejus varietas minor. foliis paulo acutioribus etiam confertis et imbricatis — non rara in summis Alpibus. Sed separari non debet. Erit G. *imbricata.* W. *Barrel.* ic. 101. f. 2, a *Hallero* præcedenti juncta.)

14. G. *nivalis*, coroll. quinquefidis infundibuliformibus ; ramis alternis unifloris ; fol. caulinis lanceolatis. *Frölich.* W. *Hall.* t. 17. *Oed. Dan.* t. 17.

Alpina. In *Gemmio*, *Ioch*, *Boulaire*, *Panerossa*, *Enzeindaz*, *Taveyannaz*, *Serin*, *Fouly*, *Simplon*, *Gotthardo*, *Pilato.* Ad lacum *Silien-*

sem et *Sylvæ* planæ, in summo monte *Flimsensium*. Abunde in montibus *Aï* ad *Leysin* pertinentibus etc. 647.

β. flore albo.

(Variabilis planta habet caulem filiformem, uniflorum et ramosum, et folia caulina plerumque majora.)

15. G. *Centaurium*, coroll. quinquefidis infundibuliformibus; caule dichotomo; pistillo simplici. L. *Oed. Dan.* t. 617.

In sterilibus, sylvaticis, montosis et paludosis. 648.

β. flore albo. *Am Worberweg, im Muriholz.*

(Nunc *Chironia Centaurium.*)

γ. caule dichotomo ramosissimo diffuso. *Vaillant.* t. 6. f. 1. in paludosis circa *Anet* et in monte *Zürichberg.*

(*Chironia* ramosissima.)

c. *Corollis fauce squamis capillaceo-multifidis acutis 4-5-fidis.*

16. G. *germanica*, coroll. quinquefidis hypocrateriformibus barbatis; laciniis limbi ovatis acutis: fol. ovato-lanceolatis; ramis internodiis longioribus. W.

In montibus Neocomensibus. *Basileæ.* Circa *Panex*, *Kandersteg* et in monte *Feuerstein.* 651.

17. G. *Amarella*, coroll. quinquefidis hypocrateriformibus barbatis; laciniis limbi lanceolatis acutis; fol. lanceolatis; ramis internodiis brevioribus. W.

(*Hallerus* non separare videtur. *Schleicher* utramque misit.)

18. G. *campestris*, coroll. quadrifidis hypocrateriformibus obtusis fauce barbatis; calycis laciniis duabus maximis. *Frölich*. W. *Oed. Dan.* t. 367.

Vulgo in subalpinis et submontanis pratis. In Monte *Muteto*; frequens ineunte autumno in collibus editioribus circa *Tigurum*. In Alpibus. 650.

β. flore albo, a *Comba* Aquilejæ, et prope *Pertuis*.

19. G. *glacialis*, coroll. quadrifidis hypocrateriformibus fauce barbatis; caule basi folioso; pedunc. longissimis unifloris. S.

In monte *Auffés* super *Saas* Valesiæ superioris habet *Hallerus*. 652. Ego frequentem in *Gemmio*, etiam in *Pannerossaz* inveni.

(Caulis subviolaceus; folia radicalia in orbem sparsa, caulina 2 opposita; flores in pedunculo longe nudo cœrulei. Cur separatur G. *tenella*? cur *dichotoma*? cur *nana*? Etiam nostræ caulis non raro dichotomus, non raro corolla 5-fida.)

20. G. *ciliata*, coroll. quadrifidis: laciniis

serratis medio inciso-ciliatis; fol. lanceolatis linearibusque; caule flexuoso angulato. *Frölich.* W. *Jacq. Austr.* t. 113.

Frequens. *Bernæ in der Eymatte* versus *Pûmpliz*, circa *Roche les Plans* in M. *Muteto* etc. 653.

PENTANDRIA, DIGYNIA.

B. *Flores incompleti.*

117. Herniaria. (*Bruchkraut.*) G. *pl.* 434.

Cal. 5-partitus, patens; Cor. o. Stamina 5 intra calycis lacinias, et alia 5, calyci alterna sterilia. Caps. 1-sperma.

1. H. *glabra*, glomerulis multifloris. *Oed. Dan.* t. 529.

Passim in arenosis: *Basileæ* ad *Wiesam*, in arce *St. Tryphon*, in Valesia à *St. Sulpy*, *Morgiæ*, *Tiguri* etc. 1552.

2. H. *hirsuta*, glomerulis paucifloris. *Hall.* In Valesia passim. Ad rupes glaciales Montis *Oberstafel.* Circa *Branson*, *Zurmatte.* In agris *Basileensibus*, cis et trans *Wiesæ* pontem, circa *Wyl* et *Riehen.* 1553.

(A priori adhuc distinguitur flore multo majori, pro folii portione. *Hall.*

3. H. *alpina*, fol. obovatis acutis glabris margine ciliatis; flor. glomeratis 5-fidis hirsutis. W.

Hanc Villarsii plantam habet *Schleicher* in Catalogo p. 57, inventam misit in M. *Stock.*

(Differt ab *hirsuta* fol. obovatis nec lanceolatis. W.)

118. CHENOPODIUM. (*Gänsefuſs.*) G. *pl.* 435.

Cal. 5-phyllus, 5-gonus, persistens. Cor. o. Sem. 1, lenticulare, superum.

Foliis angulosis.

1. C. *bonus Henricus*, fol. triangulari-sagittatis integerrimis, spicis compositis aphyllis axillaribus. L. *Ocd. Dan.* t. 579.

Vulgo ad vias, et ad fimeta. 1578. Fl. Maj-Aug. imo Octobri.

2. C. *rubrum*, fol. cordato-triangularibus obtusiusculis dentatis; racemis erectis compositis subfoliosis caule brevioribus. L. *Fl. Dan.* 1149.

In ruderosis, hortis et ad vias. 1583.

3. C. *murale*, fol. ovatis inæqualiter dentatis acutis nitidis; racemis corymbosis nudis; caule ramoso patulo. W.

Similibus locis provenit, ex Synonim. citato. C. B. *Basil.* p. 34.

(*Hallerus* separare nolebat, et vereor ne hæc omnia, præsertim *Bauhini* planta, ad C. *hybridum* pertineant.)

4. C. *album*, fol. rhomboideo-triangularibus erosis; postice integris: summis oblongis; racemis erectis. L.

Nihil vulgatius in iisdem locis. 1579.

5. C. *serotinum*, fol. deltoideis sinuato-dentatis rugosis glabris uniformibus; racemis terminalibus. L.

Locis similibus. 1582.

(Folia non farinosa.)

6. C. *viride*, fol. rhomboideis dentato-sinuatis; racemis ramosis subfoliatis. L.

Similibus locis abunde. 1580.

(Caulis erectus viridis, angulis purpurescentibus; folia subtus incana.)

7. C. *hybridum*, fol. cordatis angulato-acuminatis; racemis ramosis nudis. L. *Barrel.* ic. 540.

Similibus locis. 1581. (Folia non farinosa.)

8. C. *botrys*, fol. oblongis sinuatis, racemis nudis multifidis. L.

Bernæ quidem in ruderosis, tamen suspecta. Sed in Valesia inferiori abundat, circa *Branson* etc. Abunde inter pagum *Lucens* et *Brojæ* pontem ad viam regiam. 1585.

9. C. *glaucum*, fol. ovato-oblongis repandis; racem. nudis simplicibus glomeratis. L. *Fl. Dan.* t. 1151.

Non certa civis; ex *Bauhinianis* synonymis tamen videtur 1584.

10. C. *urbicum*, fol. triangularibus subdentatis; racemis confertis strictissimis cauli approximatis longissimis. L. *Fl, Dan.* t. 1148.

Schleicher misit inventum.

Foliis integris.

11. C. *vulvaria*, fol. integerrimis rhomboideo-ovatis; flor. conglomeratis axillaribus. L. *Fl. Dan.* t. 1152.

In hortis et ad vias circa *Roche*; *Biennæ*, *Basileæ*. 1577.

12. C. *polyspermum*, fol. integerrimis ovatis; caule decumbente; cymis dichotomis aphyllis axillaribus. L. *Oed. Dan.* t. 1153.

Passim in hortis et incultis; *Bernæ*; *Basileæ* in arenosis circa *Cliben*, *Michelfelden* et *Riehen*. 1576. Caulis erectus. *Hall.*

Var. folio latiore *Basileæ* in pratis quibusdam minoris urbis. C. B. *Basil.* p. 34.

119. SALSOLA. (*Salzkraut.*) *G. pl.* 437.

Cal. 5-phyllus; Cor. o. Caps. 1-sperma. Sem. cochleatum.

S. *prostrata*, frutescens; fol. linearibus pilosis inermibus. *Jacq. Austr.* t. 294. *All. Ped.* t. 38. f. 4.

In *Valle Augusta* ad pedem Alpium Valesiacarum. 1575.

120. ULMUS. (*Rüster.*) G. *pl.* 443.

Cal. 5-fidus, turbinatus, interne coloratus. Cor. o. Bacca ovalis compressa, membranaceo-alata, 1-locularis.

1. U. *campestris*, fol. duplicato-serratis basi inæqualibus; flor. subsessilibus conglomeratis pentandris; fruct. glabris. W. *Oed. Dan.* t. 632.

Non vulgatissima. In Gub. Aquilejensi passim, ut ad sinistra torrentis *la Gryonne*, versus les *prés novés.* In Valesia, Rhætia. Circa *Basileam.* 1586.

(Sunt multæ varietates, fol. glabris, angustioribus etc.)

2. U. *effusa*, fol. duplicato-serratis basi inæqualibus; flor. octandris pedunculatis effusis; fructibus margine ciliatis. W.

In monte *Wasserfall.* C. B. *Basil.* pag. 106.

C. *Umbellatæ.*

a. *Involucro universali partialique.*

121. ERYNGIUM. (*Mannstreu.*) G. *pl.* 456.

Flores capitati. Receptaculum paleaceum.

1. E. *campestre*, fol. radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. L. *Oed. Dan.* t. 554.

Passim ad Lacum *Lemanum* in arenosis, sub *Lausanna*, cis *Vevay* etc. Circa *Basileam* ad vias versus *St. Louis* etc. 735.

2. E. *alpinum*, fol. digitatis laciniatis suborbiculatis; capitulo oblongo polyphyllo, paleis setaceis trifidis. L. *Jacq. ic rar*, t. 55.

In M. *Thuiry, Ioch, Pilato, Tannieres.* Abunde in Aquilejensibus. *La Varaz, Richard, Nombrieux, Chaude, Naye.* 736. Etiam in *Boulaire.*

(Folia radicalia longe petiolata, cordata, serrata.)

122. HYDROCOTYLE. *(Wassernabel.)* G. *pl.* 457.

Umbella simplex. Involucrum 4-phyllum. Petala ovata, integra. Fruct. compressus transverse bipartibilis.

H. *vulgaris*, fol. peltatis; umbellis 5-floris. L. *Oed. Dan.* t. 90.

In aggeribus fossarum circa *Noville* et *les Grangettes*, et secundum fl. *Brojam* circa *Sugy* inter duos lacus. Sic ad rivum *Urtinen* inter utrumque lacum *Seedorfensem* abunde. Circa *Cressier* et *Thielæ* pontem; *aux Allées de Colombier.* Ad Lacum *felinum.* 812.

123. SANICULA *(Sanikel.)* G. *pl.* 458.

Umbellæ confertæ, subcapitatæ. Fructus scaber. Flores disci abortientes.

S. *europæa*, fol. radicalibus simplicibus; flosculis omnibus sessilibus. L. *Oed. Dan.* t. 283.

In sylvis vulgaris. 737. Fl. Maj. Jun.

(Folia radicalia longe petiolata 5-loba.)

124. Astrantia. (*Astrantie*) G. *pl.* 459.

Involucra partialia lanceolata, patentia, æqualia, colorata. Sem. 2, ovato-oblonga, pericarpii crusta tecta, rugosa.

1. A. *major*, fol. 5-lobis, lobis trifidis. L.

In alpinis et montanis vulgaris. Etiam in planitiem descendit, et abundat circa *Ripaz*, super *Glerolle*. 790.

2. A. *minor*, foliis septenis digitatis serratis. *Hall. Scop. Carn.* t. 7.

Alpina. In omnibus Alpibus Valesiacis et Aquilejensibus. In M. *Fracto* et *Speluga*, et *Generoso*; descendit etiam in alpinas Valles *Hasli*, *Chapuise*, *Ursariam*. 791.

125. Bupleurum. (*Durchwachs, Hasenöhrlein.*) G. *pl.* 460.

Involucr. partiale 5-phyllum: foliolis patentibus ovatis acutis; petala involuta, integra; fructus subrotundus compressus striatus.

1. B. *rotundifolium*, involucris universalibus nullis; fol. perfoliatis. L.

Basileæ in agris; *Genevæ*; circa *Bevieux* et *Bex*; in Valesia etc. 767. Fl. æstate.

2. B. *stellatum*, involucellis coadunatis, universali triphyllo. L. *Hall.* t. 18.

In Alpibus non rarum. *In der Schöllinen*, supra pontem *Diaboli*. In M. *Gothardo*, *Fouillóux*, *Darbon*, *Salanfe*, *Dent de Midi*. Circa *Airolo*. 771.

(Folia radicalia longissima linearia, caulina rara, sessilia.)

3. B. *petræum*, involucellis subpentaphyllis coadunatis, universali pentaphyllo; fol. caulinis cordato-lanceolatis amplexicaulibus, radicalibus linearibus. W.

C. B. in Alpibus *Valesianorum*. *Prodr.* pag. 129. IV. Est *Halleri*. 773. var. *β*.

4. B. *graminifolium*, involucellis heptaphyllis, universali pentaphyllo; fol. radicalibus gramineis. S. *Jacq. ic. rar.* t. 56.

In *Abbatiscellanorum* Alpibus; Alii in Alpibus. 773. var. *α*.

5. B. *angulosum*, involucellis 5-phyllis orbiculatis, universali 3-phyllo ovato; fol. amplexicaulibus cordato-lanceolatis. L.

In Iuræ vallibus, au *roc de Corbeaux*, in M. *Chasseralle*. 770. *α*.

(Folia radicalia longe petiolato graminea. *Hall.*)

6. B. *pyrenaicum*, involucellis 5-phyllis subrotundis emarginatis connatis, universali triphyllo basi inciso; fol. lanceolatis cordatis amplexicaulibus. W.

Hæc notæ spectant ad *Halleri* plantam 769, quam in Alpibus habet non sine dolore loci natalis omissi.

7. B. *longifolium*, involucellis 5-phyllis ovatis, universali subpentaphyllo; fol. amplexicaulibus. L.

In *Iura, Creux du Vent*, in *Legerberg*, et prope *Badam am Legerberg*. Circa *Genevam*. 768.

(Folia radicalia petiolata.)

8. B. *falcatum*, involucellis 5-phyllis acutis, universali subpentaphyllo; fol. lanceolatis; caule flexuoso. L. *Jacq. Austr.* t. 158.

Vulgo *Basileæ*, et in toto pago Aventico ad sepes et in aridis. 776.

(Ego copiose in Aquilejensium montanis inveni.)

9. B. *Odontites*, involucellis 5-phyllis acutis, universali triphyllo; flosculo centrali altiori; ramis divaricatis. L.

Non certa civis: in collibus *Campoclarensibus* cum proveniat, vix poterit in alpibus *Valesiacis* provenisse. *Hall.* 772.

(Hæc *Halleri* nota non recte se habet, cum plantæ frigidissimarum et calidissimarum regionum in Valesia proveniant.)

10. B. *ranunculoides*, involucellis pentaphyllis lanceolatis longioribus, universali triphyllo; fol. caulinis lanceolatis. L.

In M. *Rohtenhorn*, *Lioson*, *Prapioz*, *Naye*; etiam in monte *de la Pierre* sub monte *St. Bernhardi*. In M. *Oberstafelberg*, *Generoso*. In Alpibus *Surenensibus* et *Abbatiscellanis*. In Rhætia et in M. *Fräla* Vallis Tellinæ. In montibus Vallis *Ternanza* sub monte *Sylvio*. 770. *β*. (Caulis vix dodrantalis, folia graminea.)

11. B. *tenuissimum*, umbellis simplicibus alternis pentaphyllis subtrifloris. L. *Barrel.* ic. 1248. *Fl. Dan.* t. 1090.

Basileæ inter *Birsam* et Sylvam quæ *Augustam* ducit. 774.

12. B. *junceum*, caule erecto paniculato; fol. linearibus; involucris triphyllis, involucellis pentaphyllis. L.

In Valesia prope *Sedunum*. *Basileæ*, locis herbidis ad sepes ad *St. Iacobum*; in monte *Muteto* et in aliis. 775. C. B. *Basil.* p. 81.

13. B. *caricifolium*, involucellis pentaphyllis cuspidatis, universali monophyllo lanceolato; fol. linearibus basi attenuatis. W.

Schleicher inventum misit. (Folia radicalia longissima linearia, suprema lanceolata.)

126. TORDYLIUM (*Zirmet.*) *G. pl.* 463.

Involucrum universale foliolis tenuibus,

indivisis, longitudine sæpius umbellæ; partiale extrorsum umbellula longius; fructus suborbiculatus compressus margine crenulatus bipartibilis.

T. *maximum*, umbellis confertis radiatis; foliolis lanceolatis inciso-serratis. L. *Jacq. Austr.* t. 142.

Plantam hanc Majo florentem, et in Sabaudia prope *Cormou* non longe a S. *Mauritio* itinere *Genevæ* Lugdunum, a I. *Bauhino* inventam, H. P. III. p. 2. pag. 85. *Hallerus* habet, 811. Sed circa *Orbe* inventam misit *Schleicher*.

127. Caucalis. (*Haffdolde.*) *G. pl.* 464.

Cor. radiatæ, disci masculæ. Petala inflexo-emarginata. Fruct. setulis rigidis hispidus. Involucra integra, margine membranacea.

1. C. *grandiflora*, involucr. singulis 5-phyllis, foliolo unico duplo majore. L. *Jacq. Austr.* t. 54.

Circa *Mathod, Yvonans, Goumoens, Yvorne, Basileam, Genevam, Tigurum*; in V lesia. 740.

2. C. *daucoides*, umbellis 3-fidis aphyllis, umbellulis 3-spermis, 3-phyllis. L. *Jacq. Austr.* t. 157.

Passim in segetibus circa *Basileam, Mathod, Montcharan, Gontey*, inter *Douanne* et *Dess* etc. 739.

3. C. *latifolia*, umbella universali 3-fida, partialibus 5-spermis; fol. pinnatis serratis. L. *Jacq*. t. 128.

In Helvetia rarior. In Valesia circa *Gontey*. 738.

(Semina aculeis purpureis hirta. *Hall.*)

4. C. *leptophylla*, involucro universali subnullo, umbella bifida, involucellis 5-phyllis. L.

Rarius inter segetes, communiter in vineis montis *Muteti*, C. B. *Basil*. pag. 46. et nobiscum stat *Hallerus*. 739, in fine.

(Fructus ovatus aculeis verticillato-hispidis, apice triglochibus.)

5. C. *helvetica*, involucro universali subnullo, umbella a 3-10-fida, involucellis a 3-5, ramis strictis divaricatis. M. *Jacq*. *Hort*. 3. t. 16.

Inter stipulas circa *Mathod*, circa *Basileam*. 742.

Foliis duplicato-pinnatis, pinnulis longe confluentibus; semina nigris villis asperis hirta. *Hall.* Inventa etiam circa *Bolligen* in arvis.

6. C. *Anthriscus*, umbellis confertis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis. L. in *Tordylio Jacq*. *Austr*. t. 261.

Nihil frequentius ad sepes et in sylvis cæduis. 741. Fl. Jun. Jul.

128. DAUCUS. (*Möhre, Mohrrübe.*) *G. pl.* 466.

Involucr. universale pinnatifidum; umbella fructifera concavo-connivens; fructus pilis rigidis hispidus.

D. *carota*, seminibus hispidis; petiolis subtus nervosis. L. *Oed. Dan.* t. 723.

Ubique ad vias et in pratis paludosis. 746.

129. BUNIUM. (*Erdnuſs, Erdknoten.*) *G. pl.* 468.

Involucr. universale polyphyllum, partiale setaceum. cor. uniformis; fruct. ovatus.

B. *Bulbocastanum*, L. *Oed. Dan.* t. 220.

Multis locis inter segetes: circa *Montcharan* et *Olon* abunde; in valle *St. Imier.* 783.

130. CONIUM. (*Schierling.*) *G. pl.* 469.

Involucr. universale polyphyllum brevissimum, inæquale; partiale dimidiatum, 3-phyllum; fructus subglobosus quinquestriatus, striis crenatis.

C. *maculatum*, seminibus striatis. L. *Jacq. Austr.* t. 156.

Ad maceries, in cœmeteriis, ad vias. Copiosissimum in cœmeterio pagi *Olon.* 766.

131. SELINUM. (*Silge.*) *G. pl.* 470.

Involucra polyphylla, partiale patens,

universale reflexum. Petala cordata, æqualia; fruct. compresso-planus, ovâli-oblongus, utrinque in medio striatus; semina lateribus membranacea.

1. S. *sylvestre*, radice fusiformi multiplici; stylis erectis, corollulis explicatis. L.

Vulgo in udis. Inter *Roche* et *Chessel* abunde; *Bernæ* circa *Gümlingen*, *Seedorf* etc. Ascendit etiam in Alpes, et supra *Morcle*, inque M. *Fouly* provenit, et ex rupibus quoque marmoreis erumpit cis *la Marbriere*. 799.

(Variabilis planta videtur, a sequenti tamen distinguenda caule lævi.)

2. S. *palustre*, sublactens, radice unica. L. *Jacq. Austr.* t. 152. NB. Cruala Kappi

Circa *Vervay* ad Lacum. 800.

(Caulis hispidus.)

3. S. *carvifolia*, caule sulcato acutangulo; involucro universali evanido; stylis erectis, petalis conniventibus. L. *Jacq. Austr.* t. 16. *Hall.* t. 20.

Prope *Ebrodunum* in pratis ad viam versus *Grandson*. Circa *Bernam* super prædium *das Inselin*, inter arundines, et in prædio *Bodenaker*, *Michelfeldæ*. Circa montem *Beligardum*. 802.

(Foliola omnia apice s. mucrone albo.)

4. S. *Chabræi*, caule tereti striato, invo-

lucro universali nullo, vaginis foliorum laxis, foliolis filiformi-linearibus. W. *Jacq. Austr.* t. 72.

Prope *Nodz* in prato humido. Circa *Goudeba.* 801. prope Lacum *les Brenets. Addend.* p. 186.

(Mihi saltem *Halleri* planta ad hanc referenda videtur, et persuasum habeo, cum plantam vidissem a *Schleichero* missam, circa *Basileam* lectam.)

5. S. *Seguieri*, caule subtereti striato; involucro universali nullo; foliolis trifidis linearibus mucronatis. W. *Jacq. Hort.* t. 61.

Schleicher habet in Catalogo pag. 59, et misit inventum in monte *Generoso.*

(Caulis lævis; folia tripinnata, radicalia sesquipedalia. Umbellæ radii 30 - 40. involucella setacea.)

132. Athamanta. (*Hirschwurz.*) G. *pl.* 471.

Petala inflexo-emarginata; fructus ovato-oblongus, striatus.

1. A. *Libanotis*, fol. bipinnatis planis; umbella hæmisphærica; seminibus hirsutis. L. *Jacq. Austr.* 392. *Allionii* Ped. t. 62.

Duæ nobis varietates: humilis, vix pedalis, in *Creux du Vent*, in monte *Scheibenflüh.* Major, in scopulis sub pago *Rinkenberg*, sub arce *Fal-*

kenstein, versus *Mummliswyl*. In M. *Crenzach*, *Wasserfall*. Ad supercilia lacus *Thunensis*, *Badæ*. 744. (An major diversa a *sibirica* ?)

2. A. *cervaria*, fol. pinnatis decussatis, inciso-angulatis, sem. nudis. L. *Jacq. Austr.* t. 69.

Nobis frequens: prope *Mathod* supra vineas, inter *Mathod* et *Champvent*, in adscensu M. *Muteti*, *Falconarii*; prope *Roche*, *aux Gouges* etc. In montibus *Legerberg*, *Albio*, *Crenzach*, *Saleva*, *Leiterberg* etc. Trans Alpes ab *Airolo* ad *Comum* ubique. 804. Fl. Jul. Aug.

(Folia glauca, subtus venis nigris picta, petala alba extus purpurea. *Hall.*)

3. A. *oreoselinum*, foliolis divaricatis. L. *Jacq. Austr.* t. 68.

Non rara: ex rupibus prodit prope *Roche à la Marbriére* et *aux Gouges*, *en Iorogne*, circa *Bex* etc. In Valesia *Agauni*, et inter *St. Leonhard* et *Siders*. *Biennæ auf der Passgardtfluh.* In M. *Chasseralle*, *Legerberg*, *Muteto*, *Crenzach*, *Thuiry*, *Maloja* etc. et *Michelfeldæ*. 803.

4. A. *Matthioli*, fol. supradecompositis 3-4 pinnatisve diffusis, foliolis elongato-subsetaceis; seminibus ovato-acutis striatis hirsutis suaveolentibus. *Wulfen*, apud. W.

· *Schleicher* in Catalogo sub nomine A. rupestris. *Scop.*

5. A. *cretensis*, foliolis linearibus planis hirsutis; petal. bipartitis, semin. oblongis hirsutis. L. *Jacq. Austr.* t. 62.

Nihil vulgatius in gramineis subalpinis et montanis, etiam in *Wasserfall*, *Saleva*, *Suchez*, *Creux du Vent*, *Dent de Vaulion* etc. 745.

(Etiam in *saxosis* montis *Enzeindaz*. Fl. Jul. Aug.)

133. PEUCEDANUM. (*Haarstrang.*) *G. pl.* 472.

Umbella universalis longissima; involucra brevissima; petala æqualia, oblonga, incurva, integra, semina 2 compressa, striis tribus elevatis notata, margine membrana lata integra cincta.

1. P. *Silaus*, foliolis pinnatifidis, laciniis oppositis; involucro universali diphyllo. L. *Jacq. Austr.* t. 15.

In humidis vulgo: circa 3 lacus vicinos. *Bernæ* inter *Seelhofen* et *Belp*, in der *Fymatte* etc. In pratis montis *Muteti*. 797.

(Flores lutei, extus albidi. Fl. Jun. Sept.)

2. P. *alsaticum*, fol. pinnatifidis, laciniis 3-fidis obtusiusculis. L. *Jacq. Austr.* t. 70.

Circa *Mülhusiam*. 798.

(Saltem meminisse juvabit.)

134. Laserpitium. (*Laserkraut.*) G. pl. 476.

Petala inflexa, emarginata; patentia; fructus oblongus, membranis 8 longitudinalibus angulatus.

1. L. *latifolium*, fol. oblique cordatis dentatis, dentibus mucronatis; seminum alis crispis. W. *Jacq. Austr.* t. 146.

Alpinum et montanum: in M. *Muteto* supra *Dornach.* In M. *Suchet* et *Neirivaux* maxima copia. In pratis montanis *Iorogne* etc. supra Aquilejam. *A la combe de Valanvron.* 792. Etiam in *Pilato. Hallerus* L. *Libanotis*, quod seminum alis *lævibus* differt, non separat.)

2. L. *trilobum*, foliolis trilobis incisîs. L. In monte *Generoso* Insubriæ Helveticæ. 793.

3. L. *Siler*, foliolis ovali-lanceolatis integerrimis petiolatis. L. *Jacq. Austr.* t. 145.

Frequens in rupibus apricis: in adscensu ad montes *Dolaz, Thuiry, Falconarium* In supercilio scopuloso lacus *Brienzensis*, supra *Interlaken.* In rupibus *d'Orvin*, de *Moron* et a *Pertuis.* In *Chasseralle, Creuz du Vent* etc. Abunde in Aquilejensium rupibus. In Alpes etiam adscendit. 794.

(Involucr. universale latifolium reflexum; partiale polyphyllum angustum. Semina odoratissima *omnino* 4 alas *breves* et crispas habent. *Hall.*)

4. L. *hirsutum*, s. *Halleri*, fol. supradecompositis hirsutis, foliolis multifidis; involucri polyphylli foliis margine membranaceis apice ciliatis. W. *Hall.* t. 19.

Alpina planta, neque infrequens. In pratis udis vallis *Ursariæ*, supra *die Teufelsbrücke*. In M. *Scheideck*, *Iavernaz*, *Fouly*, *St. Bernhard*, *Alesse*, *Ieman*, *Salanfe*, supra *Sas* etc. In montes non descendit. 795.

5. L. *simplex*, scapo nudo aphyllo simplici, fol. pinnatis multifidis acutis linearibus, umbella semiglobosa. L. *Allioni* Ped. t. 71. f. 2 *Villars Delph.* t. 14.

Hanc plantam *Hallerus* primum in M. *Iavernaz* detexit, dein in multis aliis montibus reperit, ut in *Enzeindaz*, *Grandvire*, *Mayen*, *Lioson*, *Audon*, *Fouly*, *Dent de Midi*, *Herbagere*, *Salanfe*, *St. Bernhard* etc. 796.

(Cl. *Willdenow* ad L. *lucidum* eam spectare credit; non bene, ut nobis videtur.)

6. L. *Chironium*, foliolis oblique cordatis, petiolis hirsutis. L.

Circa *Disentis* legit *Burserus Hall.* 808 fine.

135. HERACLEUM. *(Bärenklau.)* G. *pl.* 477.

Involucr. caducum. Cor. difformis, inflexo-unciuata, emarginata. Fructus ellipti-

cus, compressus, emarginatus, in medio utrinque striatus, marginatus.

1. H. *sphondylium*, fol. pinnatis, foliolis quinis oblongis pinnatifidis acutis dentatis; corollis subuniformibus. W.

In pratis vulgatissima; angustifolia circa *les Plans* et in *Creux du Vent*. 809. Fl. Jul. Aug.

2. H. *angustifolium*, fol. cruciato-pinnatis, foliolis linearibus; corollis flosculosis. *Barrel.* ic. 56.

In Rhæticis Alpibus habet C. B. in *Prodr.* p. 83.

(Ab illo angustifolio *Halleri* diversum videtur.)

3. H. *Alpinum*, fol. simplicibus cordatis obsolete lobatis serratis. W. *Barrel.* ic. 55.

Legit primum B. in M. *Wasserfall*, *Hallerus* ad rupes sylvæ *der Geiten*, quæ præcipitio imminet; *au Bec de l'Oiseaux*, aux *Combes Gréde* et *Bioss, au Creux du Vent, sur la Motte de Boinod.* 810.

136. Ligusticum. *(Liebstöckel.)* G. *pl.* 478.

Cor. æquales; petala involuta integra introrsum carinata; fructus oblongus 5-sulcatus utrinque.

1. L. *peloponnense*, fol. multiplicato-pinnatis; foliolis pinnatim incisis. L. *Jacq. Austr. app.* t. 13.

In montibus Rhæticis circa *Pusclav.* In rupibus circa *Formaz* trans Alpes griseas. In valle *Tellina* ultra *Morbegno*, eundo versus montem *Trona.* 758.

2. L. *nodiflorum*, fol. biternatis: fol. ovato-lanceolatis inciso-dentatis; pedunc. verticillatis; involucro universali monophyllo setaceo. S. *Allioni Ped.* t. 72.

(*Schleicher* misit inventum super *Port Valais.* Umbellæ universales 3-4 verticillatæ. Folia subtus pallida. Dentes mucrone albo.)

137. ANGELICA. (*Angelick.*) *G. pl.* 479.

Cor. æquales, petalis incurvis lanceolatis; fructus subrotundus angulatus stylis reflexis.

1. A. *Archangelica*, foliorum impari lobato. L. *Oed. Dan.* t. 206.

In Valle Tellina. Cl. *Dick* detexit inter *Bocca d'Adda* et *Morbegno.* 807.

(Petala viridia.)

2. A. *sylvestris*, foliolis æqualibus ovato-lanceolatis serratis. L. *Hofm. Germ.* p. 99.

In aquosis frequentissima et in sylvis. 806. Fl. Jul. Aug.

(Petala plerumque rubella.)

3. A. *verticillaris*, fol. divaricatissimis, foliolis ovatis serratis; caule pedunculis verticillato. L. *Jacq. Hort.* t. 130.

(*Schleicher* habet in Catalogo pag. 55, et misit inventam prope *Tusis*. Foliola subtus venosissima, pallida, *dura*. Ad hanc solam, et non ad *Ligust.* nodiflorum spectat synonymon *Tournefortii*; et ob folia *dura* erit *Ligust.* foliis Angelicæ. *Ioh. Bauh.* H. P. III. 2. pag. 147.)

138. SIUM. (*Merk.*) *G. pl.* 480.

Involucrum polyphyllum. Cor. uniformis; petala inflexo-cordata æqualia. Fruct. subovatus, striatus, parvus.

1. S. *latifolium*, fol. pinnatis; umbella terminali. L. *Oed. Dan.* t. 246. *Jacq. Austr.* t. 66.

In fossis aquosis circa *Roche*, *Mathod*, *Payerne* etc. 777.

2. S. *angustifolium*, fol. pinnatis, umbellis axillaribus pedunculatis; involucro universali pinnatifido. L. *Oed. Dan.* t. 247.

In rivulis et fossis. 778. Fl. Jun-Aug. (*Hallerus* conjungit cum S. nodifloro, quod umbellis subsessilibus differt. Nec ego separo.)

3. S. *falcaria*, fol. linearibus decurrentibus connatis. L. *Jacq. Austr.* t. 257.

Non facile reperitur nisi circa *Basileam* ad domum *Sclopetariorum*, et extra portam *D. Iohannis* ad sepes. 782.

139. SISON. (*Sison.*) G. pl. 481.

Umbella inæqualis; involucra sub-4-phylla; fructus ovatus, striatus.

1. S. *segetum*, fol. pinnatis, umbellis cernuis. L. *Jacq. Hort.* t. 134.

In pratis *Vallis Erguel.* Sed nondum satis certa civis, cum *Hallerus* solum folium, neque id optime conservatum viderit. 779.

2. S. *inundatum*, repens, umbellis 2-fidis. L. *Oed. Dan.* t. 89.

Unicam nonnisi plantulam reperit *Hallerus*, in fossis paulo ultra *Noville*, eundo versus Rhodanum, qua troctarum captura est. 780.

(Umbellæ ex alis foliorum in longiusculis bacillis. *Hall.*)

140. OENANTHE. (*Rebendolde.*) G.pl. 484.

Umbella partialis pluribus brevissimis radiis congesta. Flosculi difformes in disco sessiles. Fructus subovatus, perianthio et pisstillo coronatus.

1. O. *fistulosa*, stolonifera; fol. caulinis pinnatis filiformibus fistulosis. L. *Fl. Dan.* t. 846.

In fossis aquosis non rara, *Bernæ*, *Paterniaci* etc. 755

In pratis paludosis *Michelfeldæ*. C. B.

(Involucr. univers. 1-folium aut nullum. *Hall.*)

2. O.

2. O. *peucedanifolia*, fol. omnibus linearibus: radicalibus bipinnatis, caulinis pinnatis; involucro universali nullo; radicum napulis ovatis sessilibus. *Pollich.* pal. t. 3.

Circa *les Esserts*, abunde in pratis, prope *Roche aux marais de Choulez* et de *Suinet.* 756.

(Involucr. universale 1-5 phyllum. Hall.)

b. *Involucris partialibus, universali nullo.*

141. PHELLANDRIUM. *(Peersaat, Wasserfenchel.) G. pl.* 435.

Involucr. partiale 7-phyllum, longitudine umbellulæ: flosculi disci minores; fructus ovatus, lævis, coronatus perianthio et pistillo.

1. P. *aquaticum*, foliorum ramificationibus divaricatis. L. *Bulliard.* t. 147. *Fl. Dan.* t. 1154.

Passim in aquosis: *im See bey Moosseedorf.* Au *Locle*, prés *le moulin du Cul de Roches. Michelfeldæ.* 757.

(Var. *β.* fol. capillaribus: *Michelfeldæ.*)

2. P. *Mutellina*, caule subnudo, fol. pinnatis. L. *Jacq. Austr.* t. 56. *Allioni Ped.* t. 60. f. 2.

In omnibus alpibus abundat, et ex ejus frequentia fere pascuorum bonitas æstimatur. Etiam in montanis, in *Mittlerberg* Biennensium. 763.

142. CICUTA. (*Wüterich, Wasserschierling.*) G. *pl.* 486.

Umbellæ subrotundæ, involucr. partiale polyphyllum brevibus setis; flores æquales; fructus subovatus sulcatus.

C. *virosa*, umbellis oppositifoliis; petiolis marginatis obtusis. L. *Oed. Dan.* t. 208. *Bull.* t. 151.

Abunde circa *Roche*, ultra *Noville*. Basileæ in stagnis versus *Friedlingen*, et inter *Hüningen* et *Otmarsheim*. Circa lacum *Felinum*, *Zurzach*. etc. 781.

143. AETHUSA. (*Gleisse.*) G. *pl.* 487.

Involucella dimidiata, foliolis 3-5 linearipendulis; petala inflexocordata; inæqualia, fructus striatus.

1. A. *cynapium*. (*Gundspetersilie.*) foliis conformibus. L.

Ubique in hortis et ad muros. 765. flor. Jul. Aug.

2. A. *meum*, fol. omnibus multipartitosetaceis. L. *Jacq. austr.* t. 303.

In *Pilato*; in Toggicis montibus. *A la grand vi* circa pastorias casas. *A la grande Sagne*, prés de la *Tourne*, proche *Ferriére*, prope la *ronde fontaine*, à *Roulier*, près de la *Brévine*, in M. *Ballon*, circa *Dess* etc. 761.

144. Coriandrum. (*Coriander.*) *G. pl.* 488.

Involucr. universale subunifolium, partiale 3-phyllum; cor. radiata; fructus sphæricus.

C. *sativum*, fructibus globosis. L.

Circa *Tramlingen* Dessiæ regionis. 764.

145. Scandix. (*Kerbel.*) *G. pl.* 489.

Involucr. partiale 5-phyllum longitudine umbellulæ; cor. difformis, radiata; petala inflexo-emarginata; fructus subulatus.

1. S. *odorata*, seminibus sulcatis angulatis. L. *Jacq.* austr. app. t. 37.

Passim in alpinis: in M. *Nombrieux*, *Richard.* In Valesia versus *Valorsine.* Prope *Yvorne* supra la maison blanche, ad semitam, quæ ducit ad *Corbeirier.* *Au bec de l'Oiseau*, à *la Joux du Plane*, sur *l'Anvers de Renans*, in pomariis circa *Ferrieres*, et prope la *Brevine* 753.

(Involucr. universale 1-phyllum; folia mollia albida. *Hall.*)

2. S. *pecten*, semin. rostro longissimo. L. *Jacq.* *Austr.* t. 263.

In agris: Valesiæ, Aquilejensium *aux gauges* prope *Roche.* Basileæ versus S. *Margret*, versus *Muri* Argoviæ etc. 754.

3. S. *cerefolium*, semin. nitidis ovato-subulatis, umbellis sessilibus lateralibus. L. *Jacq. Austr.* t. 390.

Exoticam putat *Hallerus*; sponte tamen nascitur in Valesia, v. c. à *Gonthey*. 747.

4. S. *anthriscus*, semin. ovatis hispidis; coroll. uniformibus: caule lævi. L. *Oed. Dan.* t. 863.

Circa *Genevam*. *Basileæ*. In pago S. *Blaise* ad muros; sic in pago *Treicovagnes*. Prope *Neuweg* in ruderosis. 743.

146. Chaerophyllum. (*Kälberkropf.*) *G. pl.* 490.

Involucr. sub-5-phyllum reflexum, concavum; petala inflexo-cordata, mucrone inflexo, exterioribus paulo majoribus. Fructus oblongus, acuminatus; lævis.

1. C. *sylvestre*, caule lævi striato, geniculis tumidiusculis. L. *Jacq. Austr.* t. 149.

Nihil frequentius primo vere in pratis. 748.

2. C. *bulbosum*, caule lævi, geniculis tumido, basi hirto, L. *Jacq. Austr.* t. 63.

Circa *Bernam* passim ad sepes, *Mülhusii* et *Basileæ*. 752.

(Involucr. univers. 1-phyllum; partiale 3-phyllum mucronatum. Hall.)

3. C. *temulum*, caule scabro, geniculis tumidis. L. *Jacq. Austr.* t. 65.

In sepibus non rarum. *Biennæ; Delemontii.* Inter *Neufchatel* et *S. Blaise.* 750.

4. C. *hirsutum*, caule æquali; foliolis incisis acutis, fructibus biaristatis. L. *Jacq. Austr.* t. 148.

Vulgo ad rivos et in pratis; adscendit etiam in Alpium et Juræ Valles.

Var. β. foliis hirsutis; minor. In M. *Wasserfall, Luan, Taveyannaz,* etiam in altioribus rupibus, *Prapioz, Neunenen.* 751.

5. C. *aureum*, caule æquali; foliolis incisis, semin. coloratis sulcatis, muticis. L. *Jacq. Austr.* t. 64.

Non solum in Juræ pratis et subalpinis, ut in pratis circa *Jorogne*, sed et in planitie, circa *Mathod, Roche, Bernam.* Circa *Pümpliz* in pratis et ad sepes vulgatissima. 749.

(Caulis longe maculatus, et purpura tinctus. In planitie nervi foliorum hirsuti sunt, in montanis folia tota; flores albi extus subrubri. *Hall.*)

147. IMPERATORIA. (*Meisterwurz.*) G. *pl.* 491.

Involucr. universale subnullum, partiale exiguis et paucis foliolis. Petala inflexo-emarginata: semina ovata, compressa, margine lato cincta.

I. *Ostruthium.* L.

In alpinis non rara, sed unice alpina: In Vallibus *Chapuise*, *Lauterbrunn*, *Schöllinen*, *Urseren*. In M. *Maloja*, *Speluga*, *Wängialp*, *Aix*, *Isenau*, *Jeman*, *Salanfe*, *Combe de Martigny*, *Valesianorum*. In *Glaronensium* alpibus. 805.

(Etiam in quibusdam Aquilejensium alpibus provenit, ubi radicem acrem a pastoribus non modo manducatam, sed etiam loco *Nicotianæ* in auras fugere vidi.)

148. SESELI. *(Rosskümmel.)* G. pl 492.

Involucr. partiale foliolo uno alterove lineari; fructus ovatus striatus.

1. S. *montanum*, petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris; fol. caulinis angustissimis. L.

In M. *Wasserfall* invenit *la Chenal* et circa *Prundrut* et *Mumpelgard*. *Höpfner Magazin*. IV. p. 31. Circa *Orbe* inventum misit *Schleicher*.

2. S. *annuum*, petiolis rameis membranaceis ventricosis emarginatis. L. *Jacq. Austr.* t. 55.

Abunde circa *Aquilejam*, in herbidis prope *Verchier*, qua ab arce Aquilejensi ascenditur. In insula *Mondeni*. *Agauni*, versus sedem *Eremitæ*. 762.

(Folia firma, glauca, vaginæ duræ, virescentes, ora alba. *Hall.*)

5. S. *saxifragum*, caule filiformi divaricato; fol. duplicatoternatis linearibus, umbellis sub-6-fidis. L.

Copiose ad Lacum Genevensem. C. B. *Prodr.* p. 84.

(Apud *Hallerum* non invenio, nisi *Rivini* synonymon sub præcedente. Videtur magnus vir, S. *glaucum*, *montanum*, et *annuum* plantæ præcedenti conjunxisse; glaucum saltem a mont no nonnisi fol. *glaucis* differt, et ab eo citatum synonymon I. *Bauhini* certe ad *glaucum* spectat. Etiam *saxifragum* nimis argute separatur.)

c. *Involucro nullo, nec universali, nec partialibus.*

149. Pastinaca. (*Pastinak.*) *G. pl.* 494.

Petala involuta, integra; fructus ellipticus, compresso-planus.

P. *sativa*, fol. simpliciter pinnatis. L.

In ruderosis, ad vias vineasque. 808. fl. Jul. Aug.

150. Anethum. (*Dill.*) *G. pl.* 496.

Petala involuta, integra; fructus ovato-striatus.

A. *Foeniculum*, (*Fencheldill*) fructibus ovatis. L.

Vulgo in vineis et ad viarum margines, circa *Mathod*, *Ripaz*. Sed non pro vera cive habet *Hallerus*. 760.

151. CARUM. (*Gemeiner Kümmel.*) *G. pl.* 497.

Involucr. sæpe 1-phyllum; petala inæqualia, carinata, inflexo-emarginata; fructus ovato-oblongus striatus.

C. *Carvi*, caule ramoso; vaginis foliorum ventricosis; involucro partiali nullo. W. *Jacq. Austr.* t. 393. *Fl. Dan.* t. 1091.

In pratis ubique, imprimis subudis; etiam in alpibus. 789.

152. PIMPINELLA. (*Bibernell.*) *G. pl.* 498.

Umbellæ ante florescentiam cernuæ, petala inflexo cordata; stigmata subglobosa; semina oblonga, striata, versus apicem angustiora.

1. P. *saxifraga*, caule striato glabro, fol. pinnatis glabris, radicalibus foliolis subrotundis argute dentatis, caulinis bipinnatis linearibus. W. *Jacq. Austr.* t. 595.

In pratis, locisque aridis. 786.

2. P. *magna*, fol. uniformibus pinnatis, foliolis omnibus lobatis, impari trilobo. W. *Jacq. Austr.* t. 596.

In pratis et sylvis; etiam in montibus. v. c. in M. *Crenzach.*

Var. *β.* umbella rubente, in subalpinis et submontanis. 785.

(Folia hirsutie ludunt. *Hall.*)

3. P. *dissecta*, fol. omnibus pinnatis, pinnis multipartitis, segmentis subfoliatis acutis. *Retz.* Obs. 3. t. 2.

In aridioribus collibus. 787. (P. Genevensis. *Villars.*)

4. P. *dioica*, pumila, umbellis numerosissimis compositis simplicibusque. L. *Jacq. Austr.* t. 28.

In Helvetia non rara: in M. *Wasserfall, Dolaz*; etiam in planitie circa *Roche*, *Aquilejam* et *Biennam* frequens. 788.

(Dubitavi sæpius, *Halleri* plantam huc spectare; presertim ob quædam Synonyma ab eo citata, potius *Seseli tortuosum* vel *Hippomarathrum* notabatur. Umbellæ vero densissimæ et numerosissimæ, quibus *Seselea* carent, aliæque notæ faciunt, ut P. *dioicam* præferam. Ergo non nova est, ut *Cl. la Chenal* putat, qui eam in prato sicco *Michelfeldæ*, et in collibus circa semitam *a la Sarraz* ad balneum St. *Loup* invenit. *Höpfner* Magazin IV. p. 31.

Nisi etiam C. B. *Seseli Massiliense foeniculi folio* ad *Seseli tortuosum*, ut solent, spectare

satius ducas, jam illam magnum virum nostram *Dioicam* in saxosis herbidis montis *Crenzach*, et in sylvis *Hüningensibus* circa *Michelfelden* invenisse videbis. *Basil.* pag 49.)

153. APIUM. (*Eppich.*) *G. pl.* 499.

Involucr. o, seu 1-phyllum, petala æqualia; fructus ovatus, striatus.

A. *graveolens*, fol. caulinis cuneiformibus. L. *Fl. Dan.* t. 790.

Non satis certa civis, etsi in ruderosis et fossis proveniat, ut ad *Balneum suburbanum* Bernense exterius; a St. *Blaise.* 784.

154. AEGOPODIUM. (*Giersch.*) *G. pl.* 500.

Involucr. o. Petala apice inflexa æqualia. Fructus ovato-oblongus, striatus.

A. *podagraria*, fol. caulinis summis ternatis. L. *Fl. Dan.* t. 670.

Ad sepes, in hortis. 759. fl. Maj. Jun.

T R I G Y N I A.

A. *Flores superi.*

155. VIBURNUM. (*Schwelke, Schneeball.*) *G. pl.* 503.

Cal. 5-partitus, superus. Cor. 5-fida. Bacca 1-sperma.

1. V. *Lantana*, fol. cordatis serratis venosis, subtus tomentosis. L. *Jacq. Austr.* t. 541.

Nihil vulgatius ad sepes. 669. fl. Maj. Jun.

2. V. *Opulus*, fol. lobatis, petiolis glandulosis. L. *Oed. Dan.* t. 661.

Abunde ad sepes, fossas et rivos. 668.

(Var. flor. omnibus sterilibus.)

156. SAMBUCUS. (*Hollunder.*) *G. pl.* 505.

Cal. 5-partitus; Cor. 5-fida. Bacca 3-sperma.

1. S. *ebulus*, cymis tripartitis, stipulis foliaceis; caule herbaceo. L. *Fl. Dan.* t. 1156.

In locis humidis umbrosis, in sylvis fossisque frequens: 671. fl. Jul. Aug. (Etiam in *Juræ* montosis.)

2. S. *nigra*, cymis quinquepartitis; caule arboreo. L. *Oed. Dan.* tab. 545.

Nigro fructu ubique in sepibus; fructu viridi *Basileæ* extra portam *Eschemerthor*, et ad viam versus *Gundeldingen*. 670. fl. Maj. Jun.

(Var. fol. laciniatis.)

3. S. *racemosa*, racemis compositis ovatis, caule arboreo. L. *Jacq. ic.* t. 59.

In sylvis non rara: Bernæ *im Bremgarten*, inter *Langgasse* et viam ducentem in villam

Stasli. Am *Belpberg*, circa *Burgdorf.* In M. *Albio*, *Saleva* etc. 672.

(Flores minimi ochroleuci, fructus ruber)

B. *Flores inferi.*

157. Rhus. (*Sumach.*) *G. pl.* 502.

Cal. 5-partitus; petala 5; bacca subrotunda, 1-sperma.

R. *Cotinus.* (*Perrüken Sumach*) racemis plumosis, foliis ovatis. *Hall. Jacq.* austr. t. 210.

Circa *Leucam* in rupibus ad *Rhodanum.* 827.

158. Staphylea. (*Pimpernuſs.*) *G. pl.* 507.

Cal. 5-partitus; petala 5. *Nectarium* e receptaculo fructificationis urceolatum, capsulæ 3 inflatæ, flaccidæ, connatæ; semina 2 ossea, globosa, acumine obliquo et fovea orbiculata ad latus apicis.

S. *pinnata*, foliis pinnatis. L. *Hofm. Germ.* p. 110.

Passim ad sepes. *Bernæ im Altenberg.* Inter *Solothurn* et *Wallenburg.* Prope urbem Basileam extra portas *Rhenanam* et *Albanam.* In M. *Muteto* et dumetis trans *Birsam.* Vitoduri *im Bruderholz.* Scaphusiæ im *Mühlenthal.* In

agro Aventico, ubi vocant *nés coupés*. Aquilejæ. 831.

(Exoticam putat *Hallerus.)*

159. Tamarix. *(Tamarisken.)* G. *pl.* 510.

Cal. 5-partitus; petala 5; stigmata plumosa; caps. 1-locularis, acuminata, triquetra; sem. papposa.

T. *germanica*, flor. decandris. L. *Oed. Dan.* t. 234.

In alveis glareosis fluviorum; ad Arolam cis *Seelhofen* et usque ad *Thun*; circa *Aroviam*; in *Rheno*, *Rhodano* etc. etiam in arenosis ad *Birsam*. 948.

(Stamina omnia basi connata, alterna exteriora breviora. Spicæ terminales. Folia conferta, sessilia, lineari-lanceolata, glauca. Flores rosei.

160. Telephium. *G. pl.* 515.

Cal. 5-phyllus; petala 5 receptaculo inserta; caps: triquetra, trivalvis, unilocularis.

T. *Imperati*, fol. alternis. L.

In Valesia circa *Sedunum*, *Gonthey*. Aux *Platieres de Sierre*. 841.

(Caules procumbentes foliosi; folia ovatolanceolata; umbella terminalis, flores albi.)

161. CORRIGIOLA. (*Knotenkraut.*) *G. pl.* 516.

Cal. 5-phyllus margine membranaceo; petala 5. Sem. 1, ovatum, triquetrum.

C. *litoralis*, *Oed. Dan.* t. 334.

Vivisci; in arenosis ad *Wiesam.* 842. fl. Autumno. C. B.

(Caules prostrati; folia lineari-oblonga glauca; flores pedunculati albissimi; fasciculus terminalis.)

162. ALSINE. (*Vogelmiere.*) *G. pl.* 518.

Cal. 5-phyllus; petala 5 æqualia; caps. 1-locularis, trivalvis, calyce tecta.

1. A. *media*, petalis bipartitis; fol. ovato cordatis. L. *Oed. Dan.* t. 525.

Nihil vulgatius in hortis et ad vias. 880.

2. A. *mucronata*, petalis integris brevibus, fol. setaceis; calyc. aristatis. L. *Hall.* t. 17.

In arenosis *à la grande Eau* prope Aquilegiam; in area arcis St. *Tryphon*, etc. passimque in Aquilejensibus. In Valesia circa *Sedunum*, *Branson.* *A la tuillerie* de *Grandson*, prope *Concise*; et in Castello *Istein.* 870.

TETRAGYNIA.

163. Parnassia. *(Pinblatt.)* *G. pl.* 523.

Cal. 5-partitus; petala 5 striata; nectaria 5 cordata, ciliata apicibus globosis; caps. 1-locularis, 4-valvis; receptac. valvulis adnatum.

P. *palustris*. L. *Oed. Dan.* t. 584.

Frequens in aquosis. 832. fl. Jul. Aug.

(Etiam in summas alpes adscendit. e. g. inveni in *Panerossaz, Boulaire*.)

PENTAGYNIA.

164. Statice. *(Grasnelke.)* *G. pl.* 527.

Cal. 1-phyllus, integer, plicatus, scariosus; Cor. infundibiliformis 5-petala; caps. 1-locularis, evalvis; sem. 1, oblongum, e longo funiculo pendulum.

S. *Armeria*, scapo simplici capitato, fol. linearibus. L.

In summis Alpibus *Griseis*. 835.

165. Linum. *(Lein, Flachs.)* *G. pl.* 528.

Cal. 5-phyllus; petala 5; caps. 5-valvis, 10-locularis; sem. solitaria.

Fol. alternis.

1. L. *usitatissimum*, calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, fol. lanceolatis alternis; caule solitario. L.

In agris et vervactis circa *Basileam*, *Bernam* et in universa Helvetia. 836.

2. L. *narbonense*, calyc. acuminatis; fol. lanceolatis sparsis strictis scabris acuminatis; caule tereti basi ramoso. L.

Frequens in *Juræ* montosis et alpibus. *Maxima* copia in monte *Montendre* vallis du *Lac de Joux*; in M. *Dolaz*, *Thuiry*, et ubique in Alpibus Aquilejensibus. In Valesiae monte *Fouly*, *Val de Lie*, supra *Thermas Leucenses* etc. 837.

(Primo intuitu plantam hanc ad L. *alpinum* spectare putavi; sed rite examinatis meis speciminibus, quæ in Aquilejensium Alpibus legi, constanter calycem *acuminatum* inveni, qua nota, et ea quasi sola, ab *Alpino* distinguitur. Forsan eadem planta solo calyce ludit. S.)

3. L. *tenuifolium*, calyc. acuminatis; fol. sparsis lineari-setaceis, retrorsum scabris. L. *Jacq Austr.* t. 215.

Nunquam alpina, et raro montana, ad vias vero in toto pago Aventico circa *Roche*, *Fontaine*, *au Tombey*, Mathod etc. et supra *Cheire*, in Valesia, ubique frequens est. In M. *Crenzach.* 838.

Fol. oppositis.

4. L. *catharticum*, fol. oppositis ovato-lanceolatis; caule dichotomo, coroll. acutis. L.

Frequens in pratis, etiam udis, et locis gramineis. 839.

(Caulis raro dichotomus.)

5. L. *radiola*, fol. oppositis; caule dichotomo; flor. tetrandris tetragynis. L. *Oed. Dan.* t. 178. *Vaill.* t. 4. f. 6.

Mülhusiæ detexit Cl. *Hofer.* *Basileæ* etiam in arenosis ad *Wiesam.* 840.

(Calyx 4-folius; petala 4. *Hall.*)

166. DROSERA. *(Sonnenthau.)* *G. pl.* 531.

Cal. 5-fidus, petala 5, caps. 1-locularis, apice 3-5-valvis.

1. D. *rotundifolia*, scapis radicatis, fol. orbiculatis. L. *Fl. Dan.* t. 1028.

In paludosis *um den Neuhausweyer.* In torfeto *Löhr.* Circa *Kilchlindach.* Aux marais *des pruats* et de *l'Echelette.* 834.

2. D. *longifolia*, scapis radicatis; fol. ovali-oblongis. L.

Hæc in paludosis vulgatior, circa *Moossedorf*, *Vervay* etc. 833.

167. SIBBALDIA. *G. pl.* 536.

Cal. semi-10-fidus; petala 5 calyci inserta; styli e latere germinis; sem. 5.

S. *procumbens*, foliolis tridentatis. L. *Oed. Dan.* t. 32.

In Alpibus editioribus, in *Taveyannaz* Aquilejensium; in Valesiacis *Bovinaz*, *Col de ferry*, et supra montem D. *Bernhardi*. In Valle D. *Nicolai*. In M. *Simplon*, *Speluga*, *Furcula*. In *Abbatiscellanis*. 1116.

(Folia terna, tridentata, radicalia juniora sericea; petala flava, calyce non majora.)

168. CRASSULA. *(Dickblatt.)* G. *pl.* 533.

Cal. 5-phyllus; petala 5 unguibus longis conniventibus; squamæ 5 nectariferæ ad basin germinis; caps. 5.

C. *rubens*, fol. fusiformibus subdepressis; cyma 4-fida foliosa; flor. sessilibus, stamin. reflexis. L.

In arvis circa *Basileam* et *Hüningen*, et alibi, 960.

POLYGYNIA.

169. MYOSURUS. (*Mäuseschwanz.*) G. *pl.* 538.

Cal. 5-phyllus, coloratus, deciduus; petala 5-unguiculata oblique introrsum aperta; receptac. seminibus tectum imbricatim dispositis; semina numerosa.

M. *minimus*. L. *Oed. Dan.* t. 406.

Rarus in Helvetia. *Mülhusii*; an der *Wiese* circa Basileam. 1159.

(Gaudet pinguibus agris et pratis. Aprili floret. J. B. III. pag. 512.)

Classis VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

A. *Calyculati, calyce corollaque instructi.*

170. Berberis. (*Sauerdorn.*) *G. pl.* 595.

Cal. 6-phyllus; petala 6, ad ungues glandulis 2; Styl. 0; bacca 1-locularis, 2-sperma, puncto umbilicata.

B. *vulgaris*, pedunc. racemosis; spinis triplicibus. L. *Oed. Dan.* t. 904.

B. *Fl. Spathacei S. Glumacei.*

171. Galanthus. (*Schneeglöckchen, Schneetropfen.*) *G. pl.* 547.

Petala 3 exteriora concava, interiora nectarifera 3, breviora emarginata; antheræ in setam desinentes, conniventes; Stylus filiformis.

G. *nivalis.* L. *Jacq. Austr.* t. 313.

In pratis *der Schooshalde* prope Bernam, *Aquilejæ, Moutru*; in pratis *sur les Cretets de la Chaud de fonds*. 1254.

172. LEUCOJUM. (*Knotenblume.*) *G. pl.* 548.

Cor. campaniformis, 6-partita, apicibus incrassata; Styl. clavatus, obtusus.

L. *vernum*, spatha 1-flora; stylo clavato. L. *Jacq. Austr.* t. 312.

Secundum rivulos, quibus prata irrorantur, *Bernæ, Tobinii* etc. Etiam in monte *Muteto*. 1253.

173. NARCISSUS. (*Narcisse.*) *G. pl.* 550.

Petala 6 æqualia nectario monophyllo infundibiliformi inserta. Stam. intra nectarium.

1. N. *poeticus*, spatha uniflora; nectario rotato brevissimo scarioso crenulato. L.

Lacteo flore vulgatissimus in subalpinis pratis vallis inferioris *Gessenay*, unde ad *Villeneuve* usque ad *Blonai* descendit, vernaque prata tota dealbet. *Rupe* inter arundines. Etiam in valle *Motier-Travers*, circa *la Brevine*, in *Combe de Valanvron* etc. 1250.

(Var. β. flore medio luteo, circa *Genevam*.

γ. flore candido odoratissimo, in montibus circa *Curiam*.)

2. N. *Pseudo Narcissus*, spatha uniflora, nectario campanulato erecto crispo, aequante petala ovata. L.

Bernæ in pomariis primo vere vulgo, sic in *Neocomensi* comitatu et alibi. 1252. (*Lucernæ* frequens in pratis et pomariis. S.)

3. N. *odorus*, spatha subbiflora, nectario campanulato sexfido lævi dimidio petalis breviore; fol. semicylindricis. L.

In prato a *la Gardelle*, haud longe Geneva 1251.

(Flos nutans flavus; nectarii segmenta emarginata, pene ovata. *Hall.*)

174. BULBOCODIUM. (*Frühlings Uchtblume.*) *G. pl.* 555.

Cor. infundibiliformis 6-petala: unguibus longissimis linearibus staminiferis. Caps. supera.

B. *vernum*, fol. lanceolatis. L. *Villars Delph.* t. 2.

In Valesia circa *Branson* invenit *Schleicher*.

175. ALLIUM. (*Lauch.*) *G. pl.* 557.

Spatha multiflora marcescens; cor. 6-petala; umbella congesta; caps. supera 3-locularis.

a. Fol. caulina plana. Umbella capsulifera.

1. A. *Ampeloprasum*, caule planifolio umbellifero, umbella globosa, staminibus tricuspidatis, petalis carina scabris.. L. *Micheli. gen.* t. 24. f. 5.

In agris circa *Wiesam*, inque vinetis circa *Crenzach.* 1218.

(Non vera civis ab *Hallero* creditur.)

2. A. *porrum*, caule planifolio umbellifero; staminibus tricuspidatis, radice tunicata. L.

In vineis *Wylensibus* et ad Rhenum sitis. C. B. Basil. Circa *Moutru* in vineis, sed, ut puto, casu aliquo, provenit. 1217. *Hall.*

3. A. *rotundum*, caule planifolio umbellifero; umbella subglobosa; staminibus tricuspidatis; flor. lateralibus nutantibus. L.

In vineis et segetibus *Genevæ* et *Basileæ* uterque *Bauhinus* legit, *Hallerus* nunquam. 1219.

4. A. *Victorialis*, caule planifolio umbellifero, umbella rotundata, stamin. lanceolatis corolla longioribus; foliis ellipticis. L. *Jacq. Austr.* t. 216.

In alpibus, locis saxosis, frequens. In M. *Nesso*, *Fracto*, supra *Schennis*, circa glaciales rupes vallis *Grindelwald.* In M. *Oehrli*,

Hohenmesmer. In M. *Rothenhorn* supra *Brienz.* In *Serin*, la *Varaz*, *Prapioz.* In summis montibus rarius: in *Chasseralle*, *Creux du Vent* etc. 1229.

b. *Fol. caulina plana. Umbella bulbifera.*

5. A. *arenarium*, caule planifolio bulbifero; vaginis teretibus; spatha mutica; staminibus tricuspidatis. L. *Oed. Dan.* t. 290.

Basileæ ad sepes inter campos, patibulo adsitos et St. *Jacob.* In montis *Muteti* latere septentrionali, locis gramineis. Prope *Riehen* 1222.

(*Scopoli* et *Pollich* hanc plantam A. *scorodoprasum* credunt; non bene, cum illud habeat vaginas *ancipites*, nostrum vero *teretes.* Differt adhuc nostrum floribus multo perfectioribus, habituque multo humiliori. Num vero septentrionale *scorodoprasum* a nostro *vere* diversum sit, nec dixerit *summus Hallerus*, nec ego dixerim. Vaginæ saltem discrimen cum eo non intelligo.)

6. A. *carinatum*, caule planifolio umbellifero; staminibus subulatis. L. *Hall. All.* t. 2. f. 2.

Non rarum. Bernæ um den *Bodenaker*; circa *Uetendorf*, *Rinkenberg*, *Spiez*; circa *Roche*, St. *Tryphon*, in muris; ad viam regiam versus

Moutru etc. In Valesiæ sylva *Leitern.* Inter *Chur* et *Tusis*, et inter *Chur* et *Ems.* Basileæ prope villam *die Klibe*, *Neuhaus* etc. In dumosis vinearum *M. Muteti.* 1224.

c. *Fol. caulina teretia. Umbella capsulifera.*

7. A. *sphærocephalon*, caule teretifolio umbellifero; fol. semiteretibus, stamin. tricuspidatis corolla longioribus. L. *Hall. All.* t. 2. f. 1.

Abunde in rupibus Helvetiæ calidioris: prope *Interlachen in der Goldey*, circa *Neocomum*, *Roche*; *Seduni*, *Agauni* ubique. Basileæ in agris *auf dem Birsfeld*, ad pontem *Wiesæ*, et retro *St. Jacob* etc. 1220.

Cur *Linnæus* hanc plantam excludebat, non capio.

8. A. *paniculatum*, caule subteretifolio umbellifero; pedunculis capillaribus effusis; staminibus subulatis, spatha longissima. L. *Hall. All.* t. 1. f. 1.

Circa *Bonneville*, *Pfeffers*, et in sylva *Saufelaz* Aquilejensium. 1225.

9. A. *vineale*, caule teretifolio bulbifero; stamin. tricuspidatis. L.

Circa *Brugg*, *Königsfelden*, *Tigurum.* *Basileæ* in agris lapidosis versus *Muttenz*, *Kleinriehen*,

riehen, Kleinhuningen, auf dem *Birsfeld*. *Interlaci* in segetibus. 1221.

10. A. *oleraceum*, caule teretifolio bulbifero; fol. scabris semiteretibus subtus sulcatis; stamin. simplicibus. L. *Hall. All.* t. 1. f. 2.

Michelfeldæ in dumetis collis qui longe prata terminat. In dumetis et inter vineas *Muteti*. Circa *Sonvilliers* secundum agros. *Badæ* in arcis dirutæ ruderibus etc. 1223.

(Folia fistulosa, scabra non vides. *Hall.*)

d. *Folia radicalia. Scapus nudus.*

11. A. *senescens*, scapo nudo ancipiti; fol. linearibus subtus convexis lævibus, umbella subrotunda; staminibus subulatis. L.

Genevæ in pratis, et abundantissime in pratis udis inter *Roche* et *Chessel*. Etiam circa *Seelhofen*. 1227. γ.

(Petala erecta a se invicem distantia, canaliculata, inflexa. Stamina corolla paulo longiora. *Linnæus.*)

12. A. *angulosum*, scapo nudo ancipiti; fol. linearibus canaliculatis subtus subangulatis, umbella fastigiata. L. *Jacq. Austr.* t. 423.

Hoc rupestre est et minus: in M. *Dansex*; *Badæ*, *Burnii*, in alta Rhætia.

Var. flore minori *Seduni*, circa St. *Tryphon*, et circa *Telonium* Vallis Lepontiæ. 1227. α. β.

(Folia interdum subtus vix angulata, at scapus superne parum angulato-striatus. Petala interiora apice patentia, omnia lateribus conniventia. *Hallerus* dubitat, an sit diversum ab A. *senescente*? certissime distincta species, utramque ultra 20 annos alui. *Linnæus*.

Hæc optima; sed dubitat *Hallerus*, quia ob angulos quosdam minutissimos, (qui et in *senescente* conspiciuntur,) plantas, *radice*, *vagina*, totoque habitu similes separare nolebat. Quidquid sit, litem in Elysia unda componant. S.)

13. A. *ursinum*. scapo nudo triquetro; fol. lanceolatis petiolatis; umbella fastigiata. L. *Oed. Dan.* 757.

Frequens: *Basileæ*, circa *Roche* etc. 1228.

14. A. *schoenoprasum*, scapo nudo adæquante folia teretia subulato-filiformia. L.

Alpina planta vulgaris: in M. *Waach*, in vallecula *der Kessel* inter montem *Neunenen* et balneum *Wyssenburg*. In alpibus Aquilejensibus. In *Mürtschen*, *Hohenmesmer*, St. *Bernhard*, *Dolaz*. Etiam in planitie, in petrosis circa *Lauffenburg*, et ad ripam *Rheni*. 1226.

C. *Flores nudi.*

176. Lilium. *(Lilie.)* G. *pl.* 558.

Cor. 6-petala, linea longitudinali nectarifera; stigma triangulare, caps. valvulis pilo cancellato connexis.

1. L. *candidum*, fol. sparsis; cor. campanulatis, intus glabris. L.

In Monte *Schlossberg* Novae Villæ *Chatelain* invenit. 1231.

2. L. *bulbiferum*, fol. sparsis; coroll. campanulatis erectis, intus scabris. L. *Jacq. Austr.* t. 226.

In *Bodmen* Abbatiscellanorum. Inter *Art* et *Schweiz*, ad Lacum *Rivarium*; *auf Ammon* et *Quinten*, et trans *Gotthardum.*

Var. minor in Rhætiæ rupibus, inter M. *Enzeindaz* et pagum *Aven.* 1232.

3. L. *martagon*, fol. verticillatis; flor. reflexis, corollis revolutis. L. *Jacq. Austr.* t. 351.

In omnibus sylvis vulgare, etiam potissimum in Biennensium montanis pratis.

Var β. major: in *Saleva, a Pertuis, le long des Convers, au bec de l'oiseau.*

γ. flore albo in Jura. 1233. fl. Jun. Jul.

177. FRITILLARIA. *(Schachblume.)* G. *pl.* 559.

Cor. 6-petala campanulata, supra ungues cavitate nectarifera. Stam. longitudine corollæ.

F. *Meleagris*, fol. omnibus alternis, caule unifloro. L. *Jacq. Austr.* app. t. 32.

Cl. *Gagnebin* in paludosis circa *Goudeba* invenit, ubi ita inclaruit, ut vicini « *Tulipes de* « *Goudeba*" vocant. Nascitur etiam ad lacum *des Brenets, à Moron,* et *aux Essertilles.* 1235.

β. flore albo.

178. UVULARIA. *(Zapfenkraut.)* G. *pl.* 560.

Cor. 6-petala erecta longissima; nectarii fovea baseos petali; filamenta brevissima; antheræ longæ corolla dimidio breviores.

U. *amplexifolia*, fol. amplexicaulibus glabris alternis. S. *Barrel.* ic. 720.

Primus reperit *Gagnebin* au fond de la *Combe Biosse*, versus montem *Chasseralle*, à la *Chaux d'Abel*, aux *Combes de Valanvron*, au mont *Pouilleret* dans les *Abimes.* Dein abunde inventa in Alpibus Aquilejensibus, ut in Valle *Chapuise*, in Valesiacis *de Lie*, et supra *Vauvry*; etiam in *Griseis.* 1237.

(Flos pendulus convergens; petala albida per

ætatem apicibus reflexa, exteriora basi gibba rubro notata, interiora angustiora pene subulata. Hall.)

179. ERYTHRONIUM. (*Hunds-Zahn.*) *G. pl.* 562.

Cor. 6-petala campanulata; petala acuminata versus basin alternatim incumbentia; nectario tuberculis 2 callosis petalorum alternorum basi adnatis.

E. *Dens Canis.* L. *Jacq. Austr. app.* t. 9. *Lobelius* in *Jura* prope *Genevam* dudum legit. Inde *le Clerc* reperit *à la Batie*, et ad Lacum Lemanum, qua ex regia via Helvetica semita ducit ad sylvam *Vaugeron* in sepibus. 1234.

(Caulis uniflorus; folia supina, petiolata, ovato-lanceolata; flos nutans purpureus, cum viridi in ungue macula. *Hall.*)

180. TULIPA. (*Tulpe.*) *G. pl.* 563.

Cor. 6-petala, campanulata; styl. o., stigma trilobum.

T. *sylvestris*, flore subnutante; fol. lanceolatis. L. *Oed. Dan.* t. 375.

Civem veram non credit *Hallerus*, etsi passim circa Bernam in pratis reperitur, ut in prato plano e regione urbis *im alten Berge*. 1236.

181. ORNITHOGALUM. (*Milchstern, Vogelmilch.*) G. pl. 566.

Cor. 6-petala, erecta, supra medium patens; filamenta alterna basi dilatata.

a. *Staminibus omnibus subulatis.*

1. O. *luteum*, scapo anguloso, 2-phyllo; pedunc. umbellatis simplicibus. L. *Oed. Dan.* t. 378.

Basileæ versus St. *Jacob*, circa *Gundeldingen*. *Kiburgi*. Circa *Thierrachern*. In Aquilejensibus abunde. Etiam in Alpibus: *Chapuise*, *Fouly*, *Trone* etc. in pratis. 1213.

(Cum nostrum in scapo 1-3 folia habeat, ex quorum numero speciei multiplicandæ rationem quærit Cl. *Persoon*, vides, et *pratense* et *sylvaticum* nobis non deesse.)

2. O. *minimum*; scapo angulato 2-phyllo; pedunculis umbellatis ramosis. L. *Oed. Dan.* t. 612.

In sylvula ad dextra *novæ domus* Basileæ Cl. *Mieg* invenit. 1214. et ibi vulgo in segetibus. id. in *Add.*

(Scapus polyphyllus; pedunculi pubescentes; petala exteriora subhirsuta. *Hall.*)

3. O. *pyrenaicum*, racemo longissimo; filamentis lanceolatis; pedunc. floriferis pa-

tentibus æqualibus, fructiferis scapo approximatis. L. *Jacq. Austr.* t. 103.

Genevæ *à la Batie*, et in colle ad fl. *Arve* e regione *Champé*. In segetibus versus montem *Saleva*. Circa *Bussigny* et *Cressig*, supra *Lausannam*. Basileæ ad *Birsam* in dumetis, in via ducente ad *Münchenstein* etc. Abunde in dumetis ad viam, inter *Chambon* et *Chessel* Aquilejensium. 1210.

(Est O. *stachyoides* Cl. *Willenow*.)

b. *Staminibus alternis emarginatis.*

4. O. *umbellatum*, flor. corymbosis; pedunc. scapo altioribus; filamentis basi dilatatis. L. *Jacq. Austr.* t. 343.

In viis gramineis, agris, et inter vineas, Tiguri, Aquilejæ, Basileæ etc. 1215. Etiam *Tobinii* frequens in agris. Maj. Jun.

5. O. *nutans*, flor. secundis pendulis; nectario stamineo campaniformi. L. *Jacq. Austr.* t. 301.

In pratis circa *Bernam* passim via *im alten Berg*. Prope *Genevam* in pomariis pagorum *Frontenay*, *Conche*. 1216.

182. SCILLA. (*Meer-Zwiebel.*) *G. pl.* 567.

Cor. 6-petala, patens, decidua; filamenta filiformia, corolla dimidio breviora.

1. S. *amoena*, flor. lateralibus alternis subnutantibus; scapo angulato. L. *Jacq. Austr.* t. 218.

In pratis circa *Morges, Jain,* et circa *Fenalet* supra *Bex* reperiisse *Davall* dicunt in *Höpfners* Magazin T. IV. pag. 34; sed valde dubito cum viris doctis.

2. S. *bifolia*, radice solida; flor. erectiusculis paucioribus. L. *Jacq. Austr.* t. 117.

Basileæ paulo ultra *Crenzach,* circa *Hiltelingen* et in sylva *Wylensi*; im *Homburger Amt. Tiguri* im *Käferhölzlein. Aquilejæ* abunde in pratis etc. in sepibus à *Noiraigues* etc. 1211.

(Var. flore coeruleo, *Basileæ* in sylvis circa *Novam Domum.* C. B. Basil. p. 19.)

3. S. *verna*, bulbo tunicato, racemo paucifloro bracteato, corollis campanulatis; fol. linearibus canaliculatis, radicalibus pluribus. *Ait. Kew.* apud W.

Hanc plantam, credo, *Hallerum* invenisse *Bernæ* in pratis suburbanis *im alten Berg*, qua nunc via munita et omnia Medica consita sunt. 1212.

(S. *italicam* præ omnibus tulissem, nisi ipse *Hallerus* eam denegasset. In tantis tenebris *Bauhini* figuram descriptionemque H. P. II. pag. 581, ab Hallero laudatam, cum *Clusii Ornithogalo, Hispan. min.* Hist. p. 188. comparavi,

(quod nuperorum S. *verna* dicitur), et, fere omnia conveniunt. Habet etiam bracteas longitudine pedunculi. Si hæc non placeant, S. *italicam* propono, et invito *Hallero*, quæ folia obtusa, petiolos, flores et stipulas cærulescentes habet, hasque longitudine pedunculi.)

183. ASPHODELUS. (*Asphodill.*) *G. pl.* 569.

Cor. 6-partita. Nectar. ex valvulis 6 germen tegentibus.

A. *luteus*, caule folioso; fol. triquetris striatis. L.

In monte *Fräla* vallis *Tellinæ*. 1206.

184. ANTHERICUM. (*Zaunblume.*) *G. pl.* 570.

Cor. 6-petala patens; antheræ 4-sulcæ; stigma trigonum; caps. ovata 3-locularis.

1. A. *serotinum*, fol. planiusculis; scapo unifloro. L. *Jacq. Austr.* app. t. 38.

Pure alpina. In *Hohenmesmer*, *Sattel*, *Speluga*, *Lunæ* monte. Abunde in *Gemmio*; etiam in St. *Bernhard*, *Kahlenberg*, *Schönbühl.* Ad *Thermas fabarias*, 1209. Jul. fl.

(Folia teretia aut *triquetra*; petala alba intus et extus rufis lineis picta. *Hall.*)

2. A *ramosum*, fol. planis; scapo ramoso;

cor. planis, pistillo recto. L. *Jacq. Austr.* t. 161. *Fl. Dan.* t. 1157.

Frequens: *Bernæ* in prato aprico *Brunnadern*, in pratis circa *Seelhofen*, in M. *Bolligerberg*. In Aquilejensibus ubique etc. 1208.

3. A. *liliago*, fol. planis; scapo simplicissimo; coroll. planis, pistillo declinato. L. *Oed. Dan.* t. 616.

In rupestribus: in *Passgardtflüh* prope *Biennam*, circa *Roche*; *Agauni*. Circa Basileam, *bey Oris*; *Michelfeldæ*, et in M. *Crenzach*. Etiam in M. *Saleva*, *Wasserfall*; in Valle *Weisland* sub *Gutendammen* etc. 1207.

4. A. *liliastrum*, fol. planis; scapo simplicissimo; coroll. campanulatis, stamin. declinatis. L.

Abunde in pratis alpinis: *Burmii*. In Valle *Ursaria*. Inter *Waldnacht* et *Surenen*. In *Hohenkasten*. Ubique in Aquilejensibus. Supra thermas *Leucenses*. Etiam in summis montibus, ut in *Thuiry*, 1230. Jun. floret.

5. A. *calyculatum*, fol. ensiformibus; perianthiis trilobis, filamentis glabris, flor. trigynis. L. *Oed. Dan.* t. 36.

Vulgare, sed nusquam uberius, quam *Bernæ* in prato *die Eymatte*, qua primum rivus de sylva effluit, et in palustribus circa *Seelhofen*.

Etiam in M. *Crenzach*, et in gramineis omnium Alpium collibus. 1205. fl. Aestate.

185 ASPARAGUS. (*Spargel.*) *G. pl.* 573.

Cor. 6-partita, erecta: petalis 3-bus interioribus apice reflexis. Bacca 3-locularis, 2-sperma.

A. *officinalis*, caule herbaceo tereti erecto; fol. setaceis, stipulis paribus. L. *Oed. Dan.* t. 805.

In pratis Valesiæ passim, circa *Octodurum, Martigny.* In *Rhætia.* Inter *Cliben* et *Wiesam* fl. 1239.

186. CONVALLARIA. (*Maybliimchen.*) *G. pl.* 575.

Cor. 1-petala, 6-fida; bacca globosa 3-locularis, ante maturitatem maculata.

1. C. *majalis*, scapo nudo. L. *Oed. Dan.* t. 854.

Vulgo in sylvis et sepibus; etiam in montibus et altioribus alpibus. 1241.

Cor. infundibiliformibus.

2. C. *verticillata*, fol. verticillatis. L. *Oed. Dan.* t. 86.

In sylvis montosis et subalpinis. In *la Chenau* Aquilejæ, *au Furet*, *sur Champ* etc. In montibus Biennensibus. In M. *Wasserfall*, *Gemmio.* etc. 1244. fl. Maj. Jun.

3. C. *polygonatum*, fol. alternis amplexicaulibus; caule ancipiti; pedunc. axillaribus subunifloris. L. *Oed. Dan.* t. 377. —

Frequens in saxosis asperis circa *Moncharans, Creux du Vent*; *Roche*. In Valesia etc. In M. *Muteto, Crenzach*. 1242.

4. C. *multiflora*, fol. alternis amplexicaulibus; caule tereti; pedunc. axillaribus multifloris. L. *Oed. Dan.* t. 152.

Vulgo in sepibus et dumetis. 1243. α. fl. Maj. Jun.

5. C. *latifolia*, fol. alternis amplexicaulibus acuminatis; caule angulato; pedunc. axillaribus multifloris. L. *Jacq. Austr.* t. 232.

In iisdem locis. 1243. γ.

(A C. *multiflora* nonnisi magnitudine diversa videtur, et nunquam separari debuisset.)

Cor. rotatis.

6. C. *bifolia*, fol. cordatis; flor. tetrandris. L. *Oed. Dan.* t. 291.

Abunde in sylvis abiegnis. 1240.

(Flos 4-fidus; bacca 2-locularis.)

187. HYACINTHUS. (*Hyazinthe.*) *G. pl.* 577.

Cor. campanulata, limbo 6-fido reflexo; pori 3 melliferi ad apicem germinis.

1. H. *non scriptus*, coroll. campanulatis 6-partitis apice revolutis. L. *Bull.* t. 353.

Rarus, tamen circa *Moutru*, supra templum in dumetis asperis; versus *Chillon*, et in solitudine *Plan ʃavcy* haud longe a *Roche* lectus est. 1248.

2. H. *comosus*, coroll. angulato-cylindricis, summis sterilibus, longius pedicellatis. L. *Jacq. Austr.* t. 126.

In calidiori Helvetia: circa *Roche* abunde, ut in aditu du *Prépoury*; in rupibus *Agaunensibus*. Lausannæ in agris circa *Chamblande*. Genevæ. Basileæ *auf dem Birsfeld.* 1247. fl. Maj. Jun.

3. H. *botryoides*, coroll. globosis uniformibus; fol. canaliculato-cylindricis strictis. L.

Rarior. Genevæ in segetibus ultra pontem *Arve*. J. B. Bernæ in via per villam *Rappenthal* supra domum, inque vicina villa *Lorraine*. 1246. fl. April. Maj.

4. H. *racemosus*, coroll. ovatis, summis sessilibus, fol. laxis. L. *Jacq. Austr.* t. 187.

Vulgaris. In petrosis circa *Roche* ubique. Bernæ in via per villam *Rappenthal* ad sinistra. Basileæ in agris ad pontem *Wiesæ*; in agris *Hornburg* dictis prope portam St. *Blasii*, et in vineis *Wylensibus*. 1245.

189. AGAVE. *G. pl.* 582.

Cor. infundibiliformis, 6-partita, erecta, supera; filamenta erecta, corolla longiora.

A. *americana*, fol. dentato-spinosis; scapo ramoso. L.

Americana stirps: prope *Lugano*, ad pagum Gandri in rupibus. Etiam ad Lacum *Verbanum* haud longe remotum. 1249.

189. HEMEROCALLIS. (*Tagblume.*) *G. pl.* 585.

Cor. 6-partita, infundibiliformi-campanulata; tubo cylindrico. Stam. declinata.

H. *flava*, fol. lineari-subulatis carinatis; coroll. flavis. L.

In pratis inter *les Posses* et *Fenalet* invenit *Ricou*. 1230. in Addendis pag. 188.

D. *Flores incompleti.*

190. ACORUS. (*Gemeiner Calmus.*) *G. pl.* 586.

Spadix cylindricus flosculis tectus; cor. 6-petala, antheræ adnatæ; Stylus 0; caps. 3-locularis.

A. *calamus*. L. *Leers*. t. 13. f. 12. *Fl. Dan.* t. 1158.

(Bernæ, in stagnis prædii *Holligen*. Circa *Schadau*. Ad *Tramlingen* in stagno. Basileæ,

circa *Brüglingen* et St. *Jacob*; prope *Gundeldingen*, et in piscina prope *Brattelen.* 1307. fl. æstate.

191. JUNCUS. (*Binsen.*) G. *pl.* 590.

Gluma 2-valvis; Cal. 6-phyllus; Cor. o. Caps. 1-locularis 3-sperma, seu 3-locularis polysperma.

a. *Culmis nudis.*

1. J. *conglomeratus*, culmo nudo stricto, capitulo laterali. L. *Leers.* t. 13. f. 1.

In paludosis et uliginosis, speciatim circa *Lacum Velinum* copiosus. 1312. fl. Jul.

2. I. *effusus*, culmo nudo stricto, panicula laterali. L. *Leers.* t. 13. f. 2. *Fl. Dan.* t. 1096.

In aquosis et umbrosis. e. g. *Michelfeldæ*, ad *Birsam* etc. 1311. *β.* fl. Junio.

3. I. *inflexus*, culmo nudo, apice membranaceo incurvo; panicula laterali. L. *Barrel.* ic. 204. *Leers* t. 13. f. 3.

Frequens in terra humida et lutosa. 1311. *α.* fl. Jun Jul. (Incurvum et inflexum habemus.)

4. I. *filiformis*, culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. L. *Scheuchz. gram.* p. 347. t. 7. f. 11. *Leers* t. 13. f. 4.

In Alpium udis, haud tamen frequens: in *Gotthardi* paludosis; inter *Lauterbrunn*, et *Grin-*

delwald, in Alpibus *Surenensibus*. In M. *Fouly*, *Sanetsch*; supra *les Plans*. 1313.

(Folia mollia teretia, panicula pauciflora. *Hall.*)

5. I. *trifidus*, culmo nudo; foliis floribusque tribus terminalibus. L. *Oed. Dan.* t. 107.

In montibus altioribus e petrarum fissuris communiter prodit: in summo monte *Joch*, in *Fracto*. Abunde in *Schöllinen*, circa pontem *Diaboli*; in M. *Fouly*, St. *Bernhard*, *Simplon* etc. 1315. fl. Jul. Aug.

6. I. *squarrosus*, culmo nudo; fol. setaceis; capitulis glomeratis aphyllis. L. *Oed. Dan.* t. 430. *Willd. prodr.* t. 4. f. 8.

In *Gotthardi* paludibus. 1317.

(Totus riget caule et foliis. *Hall.*)

b. *Culmis foliosis.*

7. I. *alpinus (Villarsii)*, foliis fistulosis articulatis, panicula simplici, glumis aristatis. *Hall.*

In Alpium udis; ex *Gotthardo* et *Oberstafel* habuit *Hall.* 1321.

(A vulgari *aquatico* s. nostro *acutifloro* differt radice mere fibrosa, capillata et albicante, foliis crassioribus, statura humiliori, et panicula minore. *Scheuchzer gram.* p. 333. No. 3.)

8. I. *acutiflorus (Ehrhardi)*, fol. nodo-

soarticulatis, floribus acutis. *Hofm. germ.* p. 125. *Fl. Dan.* t. 1097.

In aquosis vulgaris. 1322. fl. initio Junii.

(Folia fistulosa compressa; panicula laxa; flores spadicei, lineis distincti virentibus, argute mucronati. *Hall.*)

9. I. *obtusiflorus (Ehrhardi)*, fol. nodoso-articulatis, flor. obtusis. *Hofm. germ.* l.c.

Tiguri inter arundines lacus, *um das Horn*. Circa *Roche* abunde in fossis et inter arundines, versus *Vervay* et alibi. Ad stagnum, ex quo rivus in prata *Eymatten* defluit, haud longe Berna. *Aux Combes de Valanvron.* Basileæ ad Birsam et Rhenum. 1323.

(Differt a priori: magnitudine, panicula ampliori, foliis magis teretibus, « internodiis « obscurioribus, floribus minoribus, viridibus « et obtusioribus. *Hall.* *Linnæus* hos juncos conjunxit *I. articulati* nomine.)

10. I. *subverticillatus*, culmo decumbente; fol. setaceis; floribus glomeratis verticillatis, glomerulis foliosis. W. *Scheuchz. gram.* p. 330. t. 7. f. 10. *Fl. Dan.* t. 1099.

Cl. *la Chenal* reperit circa M. *Belligardum*. *Stæhelinus* Basileæ. 1320. Etiam *Schleicher* inventum misit.

(I. *supinus Mönchii* non diversus W.)

11. I. *Tenageja*, annuus: culmo ramoso

paniculato; flor. solitariis sessilibus, petalis ovato-oblongis; caps. subglobosa. *Ehrh. Hofm. germ. Vaill.* t. 20. f. 1. *Fl. Dan.* t. 1160.

Schleicher in Catal. habet p. 57, et misit.

12. I. *bulbosus*, culmo compresso indiviso; fol. linearibus canaliculatis; corymbo terminali; calycinis foliolis obtusis capsula subrotunda obtusa brevioribus. W. *Oed. Dan.* t. 431. *Leers* t. 13. f. 7.

Locis humidis et ad fontes hinc inde circa *Tigurum.* Ad Rhodanum prope *Porte du Sex.* Infra *Michelfelden* et *St. Jacob*; in *der Hart*; ad ripas *Wiesæ* et *Rheni* etc. Aux marais *de Cressier* 1318. fl. Jun. Jul.

13. I. *bufonius*, culmo dichotomo; fol. angulatis; flor. solitariis sessilibus. L. *Barrel.* ic. 263. 264. *Leers.* t. 13. f. 8 *Fl. Dan.* t. 1098.

In sylvis udis, ad fossas, viasque humidas frequens. 1319. fl. æstate.

(Var. minor frequens circa Lacum *Felinum*, et in St. *Bernhardo.*)

14. I. *Jacquini*, fol. subulato; capitulo subquadrifloro terminali. L. *Scheuchz. gram.* p. 323. t. 7. f. 9. *Jacq. Austr.* t. 221.

Pure alpinus. *Scheuchzerus* primus detexit in summo monte *Ochsenstock* territorii Angeli-

montani. Etiam in M. *Salanfe*, St. *Bernhard*, *Rosboden*, *Oberstafel*, *Ferpeto*, vallis *Praborgne*. 1316. *Ego* in *Gemmio*. fl. Jul. Aug.

(Folium unicum; flores 6-10 atrofusci splendentes.)

15. I. *triglumis*, fol. planis; gluma triflora terminali. L. *Oed. Dan.* t. 132.

Et hic pure alpinus: in M. *Javernaz*, inque prima scaturigine Ivoettaz. In alpinis *Oberstafel*, *Simplon*, St. *Bernhard*, *Fouly*, *Sanetsch*; in M. *Bernhardino* Rhætiæ, *Pilato*. 1314.

(Folia, ex latis vaginis, duo *teretia* fistulosa, dimidio suo caule breviora, var. 4-flora et humilis biflora. *Hall.*)

16. I. *pilosus*, fol. planis pilosis; corymbo subsimplici, pedunculis unifloris nutantibus; calycinis foliolis capsula brevioribus ovatis acutis. W. *Leers.* t. 13. f. 10.

Verno tempore vulgo in locis umbrosis et sylvosis. 1325.

(Folia supra glabra, inferne ora longis pilis hirsuta; flores solitarii, calyce triplo majores, spadicei, margine albido.)

Est I. *vernalis*. *Hofm. germ.* p. 126.

17. I. *maximus*, fol. planis pilosis; corymbo decomposito; pedunc. elongatis divaricatis subtrifloris; calycinis foliolis aristatis longitudine capsulæ. W. *Oed. Dan.* t. 441.

In nemorosis et sylvosis circa *Tigurum.* In sylvis montanis *aux Creux du Vent.* Sur *les Eloges*, au *moulin de la Suze.* 1324. fl. Maj.

(Folia eadem cum *piloso*, sed latiora.)

18. I. *spadiceus*, fol. planis glabris, vaginis pilosis; corymbo decomposito divaricato; pedunculis subquadrifloris; calycinis foliolis mucronatis capsula acuta brevioribus. W. *Scheuchz. gram.* pag. 312. fig. 6. *Villars Delph.* t. 6.

In summis Alpium Rhæticarum pascuis speciatim autem locis umbrosis et nivosis versus Rheni posterioris origines, Alpibusve circumvicinis vallis *Schams.* In M. *Bernhardino, Gotthardo, Furca, Javernaz, Prapioz, Pouly, Bernhard,* valle *Orsiere, Sempronio,* in Alpibus vallis D. *Nicolai.* Etiam in *Creux du Vent.* 1326.

19. I. *luteus*, fol. planis, vaginisque glabris; corymbo composito conferto; pedunc. multifloris, calycinis foliolis acutiusculis splendentibus. W. *Villars Delph.* t. 6.

In M. Rhæticis, speciatim in *Aviculæ* montis summis fere locis aridis, statim post nivis secessum satis copiose invenit *Scheuchz.*

Hallerus in descensu Furcæ, secundum glacialem molem, ex qua præcipua Rhodani scaturigo prodit. In M. *Javernaz*, *Chaud com-*

mun, Fouly, Valorsine, Trona, St. *Bernhard* etc. 1329.

20. I. *campestris*, fol. planis subpilosis; spicis sessilibus pedunculatisque. L. *Leers.* t. 13. f. 5.

Ubique in nemoribus, in pratis et ad vias, primo vere. 1330.

Var. magis conglomerata in alpibus. e. g. *Scheidek, Neunenen, Gotthard,* (I. *multiflorus.*)

21. I. *albidus*, fol. planis pilosis; corymbo decomposito; pedunc. subquadrifloris; calycinis foliolis mucronatis, interioribus paulo longioribus; radice fibrosa. W. *Leers.* t. 13. f. 9.

Vulgo in sylvis. 1327.

22. I. *niveus*, fol. planis pilosis; corymbo composito, pedunc. subquinquefloris; calycinis foliolis acutis, interioribus duplo longioribns; radice repente. W. *Scheuchz. gram.* t. 7. f. 7. pag. 320.

In sylvosis et montosis Rhætiæ, speciatim in opacis et sylvosis *Viæ malæ* frequens. Circa thermas *Fabarias.* Maxima copia in pratis *Jorogne*, circa *Bouveret* et *Echarpigny.* In *Gotthardo, Speluga*, et ad viam. qua adscenditur ad *Wasen.* 1328.

23. I. *spicatus*, fol. planis; spica racemosa nutante. L. *Oed. Dan.* t. 270.

In *Gotthardo.* 1330. *β.* In pratis alpinis inventum misit *Schleicher.*

(Folia glabra plana; vaginæ valde pilosæ; spica nigra, compacta, cernua, bracteata: bracteis villosis; flores subpedunculati; calyx lanceolatus mucronatus. Nec I. *sudeticus Willd.* nec I. *pediformis Villars. Delph. t.* 6. diversus erit.)

192. PEPLIS. *G. pl.* 605.

Cal. campanulatus, 12-fidus, denticulis alternis reflexis; petala 6 minutissima calyci inserta; caps. 2-locularis.

P. *portula,* flor. apetalis. L. *Micheli* p. 21. t. 18. *Oed. Dan.* t. 64.

Rara planta. In palustribus alneti circa telonium Wiesæ. C. B. *Basil.* p. 74. *Mulhusiæ* in udis. 856.

TRIGYNIA.

193. RUMEX. (*Ampfer.*) *G. pl.* 613.

Cal. 3-phyllus; petala 3 conniventia; persistentia; sem. 1 triquetrum.

a. *Fl. Hermaphroditi: valvulis granulo notatis.*

1. R. *sanguineus,* fl. hermaphroditis; valvulis integerrimis: unica granifera; fol. cordato-lanceolatis. L.

Inventum misit *Schleicher.*

2. R. *crispus*, fl. hermaphroditis, valvulis integris graniferis; fol. lanceolatis undulatis acutis. L. *Munting* t. 104. p. 210.

Ad vias, fossas, domuum areas. 1589. fl. Jun. Jul.

3. R. *acutus*, fl. hermaphroditis; valvulis dentatis graniferis; fol. cordato-oblongis acuminatis. L. *Munting*. t. 88. p. 209.

In fossis, ad vias, ad sepes, in ruderosis. 1591. fl. Jul. Aug.

4. R. *nemolapathum*, flor. hermaphroditis: valvulis linearibus obtusis integerrimis graniferis; verticillis remotis, ramis patentibus; fol. inferioribus cordato-lanceolatis, superioribus lanceolatis. *Ehrh. Hofm. Germ.* p. 128.

Munting. tab. 132 et 142; p. 215 et 216.

Ad ripas fluviorum, stagnorum, et fossas. Ad *Birsam*, *Wiesam.* 1590.

5. R. *obtusifolius*, flor. hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis obtusiusculis crenulatis. L. *Munting*. t. 68. p. 205.

Vulgo in ruderosis, et ad vias. 1592. fl. æstate.

6. R. *pulcher*, flor. hermaphroditis: val-

vulis dentatis, subunica granifera; fol. radicalibus panduriformibus. L.

Ad vias inter *Viviscum* et *Puilly*, et abunde qua versus *Glerolle* adscenditur ad *Chexbres.* 1593.

(*Hallerus* R. divaricatum conjungit, sed inventum nescio,)

b. *Hermaphroditi: sine granulo.*

7. R. *aquaticus*, flor. hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis; fol. cordatis glabris acutis. L.

In fossis suburbanis; et in fossis aqua plenis circa *St. Blaise.* 1588. fl. Jun. Jul.

(Cl. *Willdenow* hanc plantam, errore quodam, sub suo R. *hydrolapatho* notavit.)

8. R. *scutatus*, flor. hermaphroditis; fol. cordato-hastatis; caule tereti. L.

Abunde ad lapides deciduos in Alpibus, *Steinenberg, Prapioz, Gemmi* etc. in montanis *Javernaz, Ovannaz, Gotthardo etc.* Etiam in ruderosis et in muris: *Agauni, Meloduni*, circa *Luganum* et *Chiavennam.* 1594.

(Var. *β.* fol. maculatis, in valle *Prægalliensi. Scheuchz.* It. *alp.* pag. 129.)

9. R. *digynus*, flor. hermaphroditis digynis. L. *Oed. Dan.* t. 14.

Passim in Alpibus editioribus: *Javernaz, Ormond*,

mond, *Prapioz*, *Furcæ* parte ad Rhodanum respiciente, *Taveyannaz*, St. *Bernhard*, *Pilato* etc.

Var. *β.* junior, fol. non èmarginatis, in M. St. *Bernhard* prope diversorium, in descensu *Spelugæ*, in Alpibus *Uriorum* et *Engelbergensium* etc. 1595.

(Flos 4-fidus: calyce 2-phyllo, cor. 2-petala, stamin. 6, stylis 2. *Linnæus*.)

c. *Flores diclini.*

10. R. *alpinus*, flor. hermaphroditis sterilibus fœmineisque: valvulis integerrimis nudis, fol. cordatis obtusis rugosis. L. *Munting*. t. 15. p. 194.

Vulgo ad stabula alpina, qua fimus abundat. 1587.

11. R. *acetosa*, flor. dioicis; fol. oblongis sagittatis. L. *Munting*. t. 174. p. 221.

Vulgaris in pratis. 1597. fl. Maj-Aug.

Var. *β.* *maxima*, fol. longioribus angustioribus: in montibus. *Joh. Bauh.* H. P. p. 990; et ad *Spelugæ* radices in pratis nemoribusque umbrosis, versus *Campum Altinum* habet *Scheuchz. It. Alp.* pag. 129.

Var. *γ.* latiori, rotundo et non undulato folio, provenit in monte *Chapuise*–aut vera species, aut varietas notatu digna. *Hall.* 1598. *Scheuchz. It. Alp.* p. 323. (R. *arifolius. Al-*

K

lioni Ped. 2040. Nec separat *Hallerus* R. luxuriantem.)

12. R. *acetosella*, flor. dioicis; fol. lanceolato-hastatis. L. *Fl. Dan.* tab. 1161.

Frequens in agris requietis, areis carbonariorum etc. 1596.

Var. *β*. minima in Alpibus.

194. SCHEUCHZERIA. *G. pl.* 615.

Cal. 6-partitus; Cor. o; Styl. o. Caps. 3-6, compressæ, inflatæ, 2-valves.

S. *palustris*. L. *Oed. Dan.* t. 76. *Loes. pruss.* t. 28.

Rara in Helvetia, ab *Hallero* nunquam lecta. Invenit eam *Burserus* in palustribus circa *Einsiedlen*, et in M. *Pilato* ad lacum. *Scheuchzerus* circa lacum *Felinum* Majo florentem, (quo loco exstirpata est.) *Mulhusiæ*. 1310.

Nuper inventa tamen *aux Mosses*. *Etrennes Helvet.* 1797, unde habeo etiam a *Schleichero* lectam.

(Radix vaginis albis vestita; folia juncea carinata; flores axillares, solitarii longe pedunculati, ex viridi lutescentes.)

195. TRIGLOCHIN. *(Drey-Zak.) G. pl.* 616.

Cal. 3-phyllus, deciduus; petala 3 calyciformia: styl. o; Stigmata plumosa; caps. basi dehiscens.

T. *palustre*, caps. 3-locularibus sublinearibus. L. *Leers.* t. 12. f. 5. *Fl. Dan.* t. 490.

Abunde in pratis udis, circa *Seedorf*, *Michelfelden.* etc. 1308.

196. COLCHICUM. (*Zeitlose.*) *G. pl.* 621.

Spatha. Cor. 6-partita, tubo radicato; Caps. 3, connexæ inflatæ.

1. C. *autumnale*, fol. planis lanceolatis erectis. L.

In omnibus pratis, potissimum subudis.

Var. *β.* C. *vernum*, fol. et petalis angustioribus.

Abunde prope *Roche* in pratis circa *Rennaz*, etiam Tiguri etc. 1255.

2. C. *montanum*, fol. linearibus patentissimis. L. *Allion. Ped.* t. 74. f. 2.

In pratis alpinis supra *Campum Dulcinum* prope pagum *Madesen*, et in pratis *Altstættensibus*, qua itur ad montem *Gamor.* 1256.

(Flos paulo ante folia erumpit, petalis linearibus.)

POLYGYNIA.

197. ALISMA. (*Froschlöffel*, *Froschkraut.*) *G. pl.* 625.

Cal. 3-phyllus; petala 3; caps. compressæ; sem. plura.

1. A. *plantago*, fol. ovatis acutis; fructibus obtuse trigonis. L. *Oed. Dan.* t. 561.

In omnibus fossis aqua plenis. 1184. fl. Jul. Aug.

β. fol. lanceolatis.

2. A. *ranunculoides*, fol. lineari-lanceolatis; fruct. globoso-squarrosis. L. *Oed. Dan.* t. 122.

Amicus *Wagnerus* Gymnasiarcha invenit ad Lacum Neocomensem.

Classis VII.

HEPTANDRIA,

MONOGYNIA.

---

198. Aesculus. *(Rosskastanie.)* G. *pl.* 628.

Cal. 1-phyllus, 5-dentatus, ventricosus. Cor. 5-petala, inæqualiter colorata, calyci inserta. Caps. 3-locularis.

A. *hippocastanum*, flor. heptandris. L. Arbor ex oriente adlata satis frequens. 1029.

Classis. VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

A. *Flores completi.*

199. OENOTHERA. *(Nachtkerze.)* G. *pl.* 637.

Cal. superus, 4-fidus, reflexus; petala 4; Caps. cylindrica infera 4-locularis; Sem. nuda, angulata.

O. *biennis*, fol. ovato-lanceolatis, planis; caule muricato-villoso. L. *Oed. Dan.* t. 446.

Planta inde ab 1614 ex Virginia advena vulgaris in sylvis Bernensibus. ut inter viam ducentem ad *Ostermannigen*, et inter suburbium die *Schooshalde.* In sylva *Bremgarten*, qua itur ad villam *Drakau.* Ad viam regiam prope *Marnan.* 994.

200. EPILOBIUM. (*Weidenröslein.*) G. *pl.* 639.

Cal. 4-fidus, coloratus, petala 4; caps. longissima, cylindracea, striata, 4-locula-

ris, 4-valvis; Semina papposa; receptac. liberum, coloratum.

Staminibus declinatis.

1. E. *angustifolium*, fol. sparsis, lineari-lanceolatis; flor. inæqualibus. L. *Oed. Dan.* t. 289.

Abunde in sylvis cæduis, ut in sylva *Bremgarten*, circa *Seeberg* ad viam regiam, *Tobinii.* etc. 1000.

2. E. *angustisimum*, caule subrepente ramoso; foliis sparsis linearibus subdentatis; floribus inæqualibus. S.

Alpina propric planta: in *Prapioz, Ovannaz*; ad glaciales rupes vallis Grindeliæ, sub M. *Wetterhorn* et in M. *Audon.* Descendit vero cum torrentibus in glareas planitiei, et copiose reperitur in alveo torrentis *la Tiniere*, prope *Villeneuve*; in *Baye* de *Clarens*; ad torrentem *grande Eau* Aquilejæ, in *la Vevaise* etc. Basileæ circa *Cliben* et *Klein-Hüningen*, ad Rhenum, ad *Wiesam*. juxta vineas *Crenzachenses* etc. Etiam in valle Arsaria, *Chiavennæ.* 1001.

(Ego frequenter inveni in ruinis Montis *Diableret*, et in *Gemmio.* Caulis est vere lignosus.) fl. Jul. Aug.

Staminibus erectis ; petalis bifidis.

3. E. *hirsutum*, fol. oppositis alternisque subamplexicaulibus ovato-lanceolatis serratis glabriusculis, venis hirsutis ; caule ramosissimo hirsuto. W. *Oed. Dan.* t. 326.

Ad aquas, inter cyperos et arundines abunde, inque fossis. 995. Var. α.

4. E. *pubescens*, fol. oppositis alternisque subsessilibus lanceolatis denticulatis utrinque pubescentibus ; caule simplici villoso. W. *Oed. Dan.* t. 347.

Similibus locis. 995. β.

(Bene ab *hirsuto* separatur hæc planta illo minor, mollior, et floribus multo minoribus.)

5. E. *montanum*, fol. oppositis ovatis dentatis. L.

Vulgo ad sepes et in aquosis. 996.

Var. β. fol. nitidis glabris tenerioribus, nervis tamen subhirsutis passim in muris opacis et saxorum fissuris. *Scheuchz. It. Alp.* pag. 132.

Var. γ. foliis ternis, in descensu montis *Scheidek.*

Var. δ. foliis quaternis; circa *Chasseron. Hall.*

6. E. *tetragonum*, fol. lanceolatis denticulatis, imis oppositis ; caule tetragono. L. *Fl. Dan.* t. 1029.

Passim in aquosis, 997. fl. Jul. Aug.

7. E. *palustre*, fol. oppositis lanceolatis integerrimis; petalis emarginatis; caule erecto. L.

In fossis et paludibus. 998.

8. E. *alpinum*, fol. oppositis, ovato-lanceolatis integerrimis; siliquis sessilibus; caule repente. L. *Oed. Dan.* tab. 322.

In montibus et alpibus, locis riguis. Etiam in montanis. *à la Chaux d'Abelle.* 999.

(Caulis semipedalis; folia remote dentata; siliquæ glabræ.)

201. CHLORA. *G. pl.* 653.

Cal. 8-phyllus; cor. monopetala, hypocrateriformis, 8-fida; Caps. ovato-oblonga, 1-locularis, 2-valvis, polysperma.

C. *perfoliata*, fol. perfoliatis. L. *Barrel.* ic. 515. 516.

In calidiori Helvetia. Circa *Genevam*, versus *Versoi, Thuiry,* in ipso torrente *Baye de Clarens*; ad rupes versus *Viviscum*, prope *le Basset.* In pratis humidis *Michelfeldensium.* 649.

(Folia radicalia ovata, caulina perfoliata.)

202. VACCINIUM. *(Heidelbeern.) G. pl.* 658.

Cal. superus; cor. monopetala 4-5fida; Filamenta receptaculo inserta, antheræ bicornes; bacca globosa, 4-locularis.

a. *Foliis deciduis.*

1. V. *myrtillus*, pedunc. unifloris; fol. serratis ovatis deciduis; caule angulato. L. *Fl. Dan.* t. 974.

Ubique in sylvis abiegnis. 1020.

2. V. *uliginosum*, pedunc. unifloris; fol. integerrimis obovatis, obtusis lævibus. L. *Oed. Dan.* t. 231.

In torfaceis circa *Gümlingen*, *Löhr*, *Chaud d'Abelle*, et *des Pontins* etc. Etiam in Alpium rupes ascendit, ibique focum alit. e. g. in *Gotthardum*, *Gemmium*; ad radices *Titliaci*. etc. 1021.

b. *Foliis sempervirentibus.*

3. V. *vitis idæa*, racemis terminalibus nutantibus; fol. obovatis revolutis integerrimis, subtus punctatis. L. *Oed. Dan.* t. 40.

Vulgo in sylvis abiegnis paulo altioribus. 1022. (Calyx 4-fidus.)

4. V. *oxycoccos*, fol. integerrimis revolutis ovatis; caulibus repentibus filiformibus nudis. L. *Oed. Dan.* t. 80.

In torfaceis circa *Löhr*, et *Gümlingen*. *A la Chaux d'Abelle*. Circa *Solodurum*. 1023. Etiam ad *Lacum Felinum*. Majo floret. I. B.

(Calyx 4-fidus; cor. 4 fida; folia firma, alterna, subtus incana.)

203. ERICA. (*Heide.*) G. *pl.* 659.

Cal. 4-phyllus; cor. monopetala, 4-fida; filamenta receptaculo inserta; antheræ apice bifidæ; caps. 4-locularis, 4-valvis; dissepimentis cum suturis coeuntibus.

1. E. *vulgaris*, antheris aristatis; cor. campanulatis subæqualibus; calyc. duplicatis; fol. oppositis sagittatis. L.

Frequens in sylvis abiegnis et campestribus sterilibus. 1012.

2. E. *herbacea*, antheris muticis exsertis, stylo exserto; cor. tubuloso-campanulatis, flor. axillaribus secundis; fol. quaternis linearibus glabris. W.

Vulgaris in omnibus subalpinis; descendit Interlacum usque, in collem *Rugen*, et ad lacum *Thunensem*. Ad Lacum *Lauerzersee*, in *Pilato*. 1013.

(Junior planta herbaceo colore; adulta *carneo*; tunc *Erica carnea.*)

3. E. *arborea*, antheris aristatis, stylo exserto, corollis campanulato-globosis, flor. terminalibus umbellatis; fol. ternis quaternisque linearibus scabriusculis; ramulis villosis. W.

Inter *Ripam* et *Chiavennam* ad rupes, et inter *Poco d'Adda* et *Morbegno*. 1014.

(*Ericæ* restat species, quam *Ericam tertiam*

Cortusi ex I.-B. H. P. T. I. P. 2. pag. 358. *Hallerus* vocat No. 1012., quæ ob *cauliculos albicantes, ternaque folia glabra*, ut *Bauhinus* habet, *Erica cinerea* commodissime vocari posset; sed has tenebras resolvere non queo, aliique doctiores hanc plantam alpinam ab inferis reducant, quæ crescit in sylva montis præalti *d'Arbignon.*)

204. DAPHNE. (*Seidelbast, Kellerhals.*) *G. pl.* 664.

Cal. 0; cor. 1-petala, 4-fida, infundibiliformis, marcescens, stamina includens. Drupa 1-sperma.

1. D. *Mezereum*, flor. sessilibus ternis caulinis; foliis lanceolatis deciduis. L. *Oed. Dan.* t. 268.

In omnibus sylvis primo vere; etiam in alpibus. v. c. in *Gemmio.* 1024.

2. D. *alpina.*, flor. sessilibus aggregatis lateralibus, fol. lanceolatis obtusiusculis, subtus tomentosis. L. *Barrel.* ic. 234.

Ad latus occidentale Montis *Saleva*, inter lapides deciduos. *An der Brühl* Rhætiæ. *Aux rochers de Moron paroisse des Planchettes.* 1026.

(Folia juniora hirsuta, adulta calva; flores in foliorum rosula terminali. *Hall.*)

3. D. *laureola*, racemis axillaribus 5-

floris; fol. lanceolatis glabris. L. *Jacq. Austr.* t. 183.

Non rara. Circa *Roche* ubique, ut versus le *Grand Clos.* In Jura monte frequenter in sylvis, ad viam regiam inter *Wallenburg* et *Langenbruck* etc. In montibus *Münchenstein, Wasserfall.* etc. 1025. fl. Jan-Mart.

4. D. *cneorum*, flor. fasciculatis terminalibus sessilibus; fol. lanceolatis nudis mucronatis. L. *Pollich.* pal. t. 1. f. 4.

In montibus *Swisenzium*; copiose in Uriorum alpe *Fismat.* In *Spelugæ* via prope diversorium; in M. *Lunæ, Fræla, Galanda, Hohemesmer, Tiefenkasten, Regio.* In rupibus prope *Moron, à la Chaux* prope *Brevine.* 1027.

205. Stellera. *G. pl.* 667.

Cal. 0; Cor. monopetala infundibiliformis 4-5fida; Stamina brevissima; sem. 1, nitidum rostratum.

S. *passerina*, fol. linearibus; flor. 4-fidis. L.

Basileæ inter stipulas; sed copiosissime circa *Orbe, Montcharan*; *Valeire* et *Mathod.* Inter segetes *prés d'Areuse*, et in agris vallis St. Imier. 1028.

(Folia alterna; flores axillares sessiles.)

DIGYNIA.

206. Moehringia. *G. pl.* 676.

Cal. 4-phyllus; petala 4; caps. subglobosa, 1-locularis, 4-valvis.

M. *muscosa*, fol. linearibus oppositis; pedunculis axillaribus longissimis unifloris. S. *Jacq. Austr.* t. 449.

Frequens ad rupes humidas, ad saxa torrentium adspergine rorida, et in summarum alpium umbrosis et udis. 860.

TRIGYNIA.

207. Polygonum. (*Knöterich.*) G. *pl.* 677.

Cal. o; Cor. calycina 5-partita; filamenta saepius 8; Sem. 1, plerumque triquetrum.

a. *Spica unica.*

1. P. *bistorta*, caule simplicissimo monostachyo, fol. ovatis in petiolum decurrentibus. L. *Oed. Dan.* t. 421.

Vulgo in pratis udis. Prope balneum exterius in suburbiis Bernensibus, qua itur ad fabricas *im Sulgenbach.* 1559.

(Var. *β*, radice magis intorta, foliisque minoribus et lævibus in *Jura*. I. B. III. p. 539.)

2. P. *viviparum*, caule simplicissimo

monostachyo; fol. lanceolatis. L. *Oed. Dan.* t. 13.

In Alpium pratis altioribus ubique. In Juræ etiam culminibus. *Falconario, Montendre, Dolaz.* 1553.

b. *Pistillo bifido, aut stamina minus* 8.

3. P. *amphibium*, flor. pentandris semidigynis; spica ovata. L. *Oed. Dan.* t. 282.

Var. α. *natatilis*, fol. coriaceis; staminibus 5, in juniori flore brevioribus, in adulta planta corolla longioribus.

Ubique, v. c. Bernæ in piscinis im *Sulgenbach.*

Var. β. *terrestris*, caule longe reptante, dein erecto, foliis minus duris, hirsutis erectis.

Frequens in vineis, circa *Biel, Ligerz.* Etiam aux *Grangettes*, ad Lacum Lemanum. 1565. fl. Jun. Jul.

4. P. *hydropiper*, flor. hexandris semidigynis; fol. lanceolatis, stipulis submuticis. L.

In fossis et aquosis viarum. 1554. fl. Jul. Aug.

5. P. *minus*, *s. angustifolium*, flor. pentandris semidigynis; spicis filiformibus, fol. lanceolato-linearibus. *Hofm. Germ.* 138. W.

In humidis circa *Michelfelden.* C. B. *Prodr.* p. 43.

Var. β. pumila repens in agris *Haltingensibus* et *Hüningensibus*; in torfaceis das *Löhr*, et in sylvosis humidis. 1555.

(Folia glabra, absque maculis. *Hall.*)

6. P. *persicaria*, fl. hexandris digynis; spicis ovato-oblongis; fol. lanceolatis; stipulis ciliatis. L. *Oed. Dan.* t. 702.

In agris, hortis, fossis et ad vias. 1557.

(Var. flore rubro et albo, fol. maculatis et non maculatis. *Hall.*)

7. P. *incanum*, flor. hexandris digynis; spicis oblongis; fol. oblongo-lanceolatis subtus pubescentibus. W.

Passim v. c. in insulis Rheni. 1556.

(Vaginæ ciliatæ; flos albus aut ruber. *Hall.*)

c. *Floribus octandris.*

8. P. *aviculare*, flor. octandris trigynis axillaribus; fol. lanceolatis; caule procumbente herbaceo. L. *Oed. Dan.* t. 803.

Vulgo ad vias, et inter stipulas. 1560.

(Var. fol. brevioribus, angustioribus, longioribus; varietas vero foliis latioribus, superne virentibus, inferne albicantibus, inter saxorum fissuras, ad arcium editissimarum radices, ut

in petris arcis *Wallenburgensis* Basileensium, et in vicinis lecta est a C. B. *Prodr.* pag. 131.)

9. P. *alpinum*, flor. octandris trigynis racemoso-paniculatis; fol. ovato-lanceolatis glabris margine ciliatis; caule ramoso, geniculis barbatis. W. *Allion. Ped.* t. 68. f. 1.

In pratis circa pagum *Formazz*, ad pedem Alpium grisearum. 1564.

(Stamina etiam pauciora, ad 5. *Hall.*)

d. *Foliis subcordatis.*

10. P. *fagopyrum*, fol. cordato-sagittatis; caule erectiusculo inermi; seminum angulis æqualibus. L.

Basileæ in agris ad *Otlingen* et *Riehen*; ad littora arenosa lacus Lemani, et passim ad fimeta. 1563.

11. P. *convolvulus*, fol. cordatis; caule volubili angulato; floribus obtusatis. L. *Oed. Dan.* t. 744.

Ubique in arvis. 1561. fl. Jul. Aug. (Antheræ violaceæ.)

12. P. *dumetorum*, fol. cordatis; caule volubili lævi; flor. carinato-alatis. L. *Oed. Dan.* t. 756.

Aquilejæ in dumetis abunde. 1562.

(Antheræ albæ.)

TETRAGYNIA.

208. Paris. *(Einbeere.)* *G. pl.* 683.

Cal. 4-phyllus, petala 4 angustiora; antheræ medio filamentorum utrinque adnatæ; bacca globosa, 4-sulca, 4-locularis.

P. *quadrifolia.* L. *Oed. Dan.* t. 139. *Bull.* t. 119.

In umbrosis nemoribus et sepibus abunde. 1006. fl. Jun. Jul.

209. Adoxa. (*Bisamkraut.*) *G. pl.* 684.

Cal. 2-3-fidus, inferus; Cor. monopetala 4-5fida; bacca 4-5-locularis, calyce coalita.

A. *moschatellina.* L. *Oed. Dan..* t. 94.

Frequens in sepibus, Bernæ inter *Hollingen* et viam versus *Küniz, im breiten Rein.* Circa *Aquilejam, Roche.* Basileæ in dumetis ad *Novam Domum* copiose, et versus *Riehen.* Au *Mont Milledeux.* (Circa *Tobinium* in dumetis,) 1005.

(Folia glauca, triloba; lobis lateralibus semibilobis, medio subtrifido; pedunculo intrafoliaceo, nudo, subquinquefloro.)

210. Elatine. *(Tännel, Wasserpfeffer.)* *G. pl.* 685.

Cal. 4-phyllus: petala 4; Caps. 4-locularis, 4-valvis, globoso-depressa.

1. E. *hydropiper*, fol. oppositis. L. *Oed. Dan.* t. 156.

Circa *Mülhusiam.* 858.

2. E. *alsinastrum* fol. verticillatis. L. *Vaillant.* t. 1. f. 6.

Circa *Mülhusiam.* 857. Etiam *Basileæ* in paludibus Michelfeldensibus, et in rivulo juxta patibulum. C. B. *Prodr.* p. 24.

Classis IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

211. Laurus. (*Lorbeer.*) *G. pl.* 688.

Cal. o; cor. calycina 6-partita. Nectarium glandulis 3 bisetis, coloratis, germen cingentibus. Filamenta interiora glandulifera; Drupa 1-sperma.

L. *nobilis*, fol. lanceolatis venosis perennantibus; flor. 4-fidis. L.

Circa *Moutru* in omnibus pomariis abundat. 1602.

HEXAGYNIA.

212. Butomus. (*Wasserviole.*) *G. pl.* 693.

Cal. simplex, 3-phyllus; petala 6, alternis exterioribus minoribus; Caps. 6, univalves, introrsum dehiscentes, polyspermæ.

B. *umbellatus*. L. *Oed. Dan.* t. 604.

Non frequens. In fossis *Michelfeldæ* et *Ebreduni*. Mülhusiæ. 1186.

Classis. X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

A. *Flores polypetali irregulares.*

213. Dictamnus, *(Diptam.) G. pl.* 726.

Cal. 5-phyllus; petala 5; filamenta punctis glandulosis adspersa; caps. 5, margine introrsum coalitæ.

D. *albus*, foliis pinnatis; caule simplici. L. *Jacq. Austr.* t. 428.

Circa *Basileam*; circa *Scaphusiam* in monte *Randen.* In Valesia inter *Loueche* et *Viege* ad viam regiam. 1029.* *.

(Folia dentata, viscida, nitida; flores spicati, viscidi, rubiginosi, subpurpurei, odorati. *Hall.*)

B. *Flores polypetali inæquales.*

214. Ruta. *(Raute.) G. pl.* 725.

Cal. 5-partitus; petala concava; receptac. punctis 10 melliferis cinctum; caps. lobata; semina plurima, scabra, reniformi-angulata.

1. R. *graveolens*, fol. supradecompositis, foliolis oblongis terminali obovato; petalis integerrimis. W.

Maxima copia in rupibus sub *Agaunensis* Eremitæ sacello. 1003.

2. R. *montana*, fol. supradecompositis, foliolis omnibus linearibus; petalis integerrimis. W. *Jacq.* ic. rar. t. 76.

Unice in *Pilato* monte provenit. 1004.

215. TRIBULUS. *(Bürzeldorn.)* G. *pl.* 732.

Cal. 5-partitus; petala 5 patentia; caps. 5, gibbæ, spinosæ, polyspermæ.

T. *terrestris*, fol. subsexjugis subæqualibus, seminibus quadricornibus. L. *Barrel.* ic. 558.

Abunde in Valle *Prætoria*, sub monte Bernhardo. 947.

216. MONOTROPA. *(Ohnblatt.)* G. *pl.* 737.

Cal. o; petala 10, apicibus serrata, 5 exteriora basi gibba, introrsum concava mellifera; caps. 5-valvis.

M. *hypopithys*, flor. lateralibus octandris, terminali decandro. L. *Oed. Dan.* t. 232.

Frequens in sylvis abiegnis inque fagetis putrescentibus foliis stratis. *Bernæ* im *Sädelbach* inter *Sandrein* et *Spiegel*, inter *Almedingen* et *Eiche*. In M. *Wasserfall*, *Crenzach*, In valle *Freniéres* abunde. 1002.

217. PYROLA. (*Wintergrün.*) *G. pl.* 752.

Cal. 5-partitus; petala 5; antheræ nutantes magnæ, sursum bicornes; caps. 5-gona, 5-locularis, 5-valvis angulis dehiscens, dissepimentis contrariis.

1. P. *rotundifolia*, staminibus adscendentibus pistillo declinato. L. *Oed. Dan.* t. 110.

In montosis, dumetis et pratis. Inter *Ilfingen* et montem *Feuerstein*. In pratis circa Roche *aux Saugettes* et *Baunes*. In mont. *Muteto* et *Münchenstein* etc. 1010. fl. Maj.-Jul.

2. P. *minor*, flor. racemosis dispersis; stamin. pistillisque rectis. L. *Oed. Dan.* t. 55.

Frequens: in sylvis montis *Gurten*, in sylva *Bremgarten* etc. 1009.

3. P. *secunda*, racemo unilaterali. L. *Oed. Dan.* t. 402.

Frequens in sylvis abiegnis. In sylvula supra villam *Bodenacker*. In sylvis M. *Gurten*. In M. *Crenzach*, *Münchenstein*, *Wasserfalle*. 1008. fl. Jun.-Aug.

(Eam jam *Clusius* in jugis Lausannæ ad Lemanum lacum proximis legerat. *Pannon.* pag. 505.)

4. P. *uniflora*, scapo unifloro. L: *Oed. Dan.* t. 8.

In *Pilato*. In *via mala*. In Mont. *Schilt*, *Galanda*, *Scheidek*. Abunde circa fl. *Avancon*, in aspera sylva, qua a pagulo *les Plans* adscenditur in montem *Pondenan*. *Bey Fählen* inter *Roslen* et *Alpsigleten*. etc. 1011.

C. *Flores monopetali æquales.*

218. RHODODENDRON. (*Alprose.*) G. *pl.* 746.

Cal. 5-partitus; cor. rotato-infundibiliformis; Stam. declinata; caps. 5-locularis polysperma.

1. R. *ferrugineum*, fol. glabris, subtus leprosis; coroll. infundibiliformibus. L. *Jacq. Austr.* t. 255.

Vulgo in alpinis lapidosis. etc. Etiam in Juræ montosis altioribus. 1015.

Var. flore albo in M. *Javernaz*; sed rarum.

(Alpicolis vocatur *Rafauslen*, et Valesiis *Hünerstauden*, quoniam Phasiani montani iis delectant. *Scheuchz.* It. Alp. pag. 337.)

2. R. *hirsutum*, fol. ellipticis acutiusculis

lis ciliatis, subtus punctatis; coroll. infundibiliformibus. W. *Jacq. Austr.* t. 98.

Satis frequens in alpinis, etsi aliquanto rarius quam prius. In montibus *d'Ansez*, *Enzeindaz*, *Gemmio* (præcipue circa *Schwarzenbach*), *Gotthardo*, *Pilato*, in *Rhæticis* etc. Inter Juræ Juga solus mons *Thuiry* hanc stirpem alit. 1016. Imo ad ripam lacus *Brienzensis* prope catarractam rivi *Diesbach*. *Saussure* voyag: VI. pag. 231.

219. ANDROMEDA. *G. pl.* 747.

Cal. 5-partitus. Cor. ovata, ore 5-fido; antheræ bicornes, nutantes; caps. pentagona, 5-locularis, dissepimentis valvis contrariis.

A. *polifolia*, pedunc. aggregatis, coroll. ovatis; fol. alternis lanceolatis revolutis. L. *Oed. Dan.* t. 54.

In torfaceis vulgo, circa *Gümlingen, im Löhr.* In paludosis *la Chaux d'Abelle* etc. In *Pilato.* 1017.

220. ARBUTUS. (*Sandbeere.*) *G. pl.* 750.

Cal. 5-partitus minimus; cor. ovata, ore basi pellucida, 5-fida, laciniis parvis revolutis. Bacca 5-locularis.

1. A. *Alpina*, caul. procumbentibus; fol. rugosis serratis. L. *Oed. Dan.* t. 73.

Ad radicem M. *Titlisberg*; a *la Chenau* de *Cortebert*, et à *St. Imier*; sed abunde in montibus Gubernii Aquilejensis etc. et in *Gemmio*. 1019.

2. A. *Uva ursi*. (Bärentraube) caulibus procumbentibus; fol. integerrimis. L. *Oed. Dan.* t. 33.

Frequens in sabulosis sterilibus: abunde supra vineas *Sugy* et *Nan* in monte *Vuilly*; in M. *Luan*, *d'Ansez*, *Prapioz*, *Gemmio*, *Gotthardo*, in glareis *Pilati*. *Basileæ*, via qua tenditur ad St. *Christianæ* fanum juxta vineas. etc. 1018.

DIGYNIA.

221. Chrysosplenium. (*Milzkraut.*) *G. pl.* 763.

Cal. 4-5fidus coloratus; cor. 0; filamenta 8-10; caps. 2-cornis, semi-bivalvis.

1. C. *alternifolium*, fol. alternis. L. *Oed. Dan.* t. 366.

Frequens in sepibus, ad rivos, in fossis, et in humidis umbrosis alpium. 1548. fl. Apr.-Jun.

2. C. *oppositifolium*, fol. oppositis. L. *Oed. Dan.* t. 365.

In adscensu montis *Ballon*. Basileæ in dumetis humidis non longe a *nova Domo*. *A la Vachette* prés de *Goumoy*, in dominio *Franquemont*. 1549.

222. SAXIFRAGA. (*Steinbrech.*) *G. pl.* 764.

Cal. brevis, partitus, petala 5. Caps. 2-rostris, 1-locularis, inter apices dehiscens, polysperma.

1. S. *cotyledon*, fol. radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-serratis; caule subnudo paniculato; petalis ovatis. S.

In saxosis Alpium et Juræ ubique; et cum rupibus in planitiem descendit, circa *Roche* etc. 978.

α. Fol. longioribus. *Barrel.* ic. 1309. 1311. 1312.

β. Fol. brevioribus et latioribus. *Barrel.* ic. 1310.

2. S. *aizoon*, fol. radicalibus aggregatis lingulatis cartilagineo-dentatis; caule simplici racemoso folioso; calycibus glabris. W. *Jacq. Austr.* t. 438.

In adscensu vallis *Schöllinen*, et *Gotthardi* ex valle Ursaria et Lepontina, inque ea ad *Bellitionem* usque; sic a *Speluga* adusque *Chiavennam* et passim in Rhätia. Circa *Suaz* vallis Misaucinæ, circa *Formaz* vallis *Oscellanæ.* In Valle St. *Nicolai, Gemmio* etc. 977.

(Cl. *Willdenow* hanc prioris varietatem cre-

dit, quamvis synonyma *Bocconis* et *Seguieri* ab *Hallero* laudata, suo *aizoo* apposuisset.)

3. S. *mutata*, fol. radicalibus aggregatis lingulatis margine cartilagineo-subdentatis ciliatis; caule subfolioso, villoso, viscido, racemoso: racemis alternis; calyc. viscidis subhirsutis. S. *Hall.* t. 16. *Jacq. ic. rar.* t. 466.

In montibus *Uetliberg*, *Cronberg*. Ad *Utigerfluh*, in m. *Grüsisberg* sub *Thunio*; in *Gemmio*. 979.

(Folia caulina alterna; petala lineari-lanceolata, crocea.)

4. S. *androsacea*, fol. radicalibus confertis, lanceolatis, obtusis, pilosis; caule simplici subnudo paucifloro. S. *Jacq. Austr.* t. 389.

Frequens in Alpibus Aquilejensibus, Valesiacis, Rhæticis, *Gemmio*, *Gotthardo* etc. 984.

β. Folio tridentato, sed raro.

(Planta humilis; folia caulina 1 2; petala albida.)

5. S. *cæsia*, fol. linearibus perforato-punctatis aggregatis recurvatis; caule multifloro. L. *Jacq. Austr.* t. 374.

In alpibus editioribus et saxosis, *Gotthardo*, *Scheidek*, *Joch*, *Wetterhorn* etc. Frequens in

omnibus Aquilejensibus, in Valesiacis. In *Gamor, Oberstafel, Pilato* etc. 982.

(Folia radicalia confertissima glauca caulina 5-6, adscendentia; flores raro ultra 6, sæpe 2; petala lactea, rotunda, subviridi-striata.)

6. S. *burseriana*, fol. aggregatis imbricatis triquetris subulatis lævibus; caule subnudo unifloro. L. *Jacq. misc.* t. 17. f. 3.

Versus *Münchenstein*, circa *Langenbruck*, et in rupe *Maurharterfluh*? 983.

(Folia dura; caulis viscidus 3-6-florus; petala alba, ovata, speciosæ magnitudinis, pallidis lineis distincta. *Hall.* Hæc planta, ob multiflorum caulem, est varietas *Linnæanæ*. Veriorem habeo a *Schleichero* in Alpibus inventam.)

7. S. *tenera*, fol. mollibus integerrimis oblongis obtusiusculis subhirsutis: radicalibus aggregatis, caulinis alternis; caule simplici paucifloro. S. *Allioni* t. 61. f. 2. (S. *muscoides*.)

Frequens *au Dard*, inter *Sex de Champ*, et *Sex de Culand* vallis *Ormond dessus*. In Valesiæ monte *Schönebühl*, supra *Bagnes* ad rupes glaciales, et in glacialibus *du Mont Rouge*. Ego in *Gemmio* inveni, et habeo a *Schleichero* inventam. 985.

(Planta cæspitosa. Folia viridia delicata; caulis 1-3-florus; calyx hirsutus; petala albida.

An S. *sedoides*, ut Cl. *Willdenow* credit? sed hæc habet caulem ramosissimum. An *trichodes Scopoli Carn.* t. 15? figura conveniret, nisi folia *lanceolata* picta essent. Etiam *moschata* non recedit, si integra folia semper haberet.)

8. S *bryoides*, fol. lanceolatis mucronatis margine cartilagineis ciliatis; caule nudiusculo paucifloro; calycibus obtusis. W. *Scopoli Carn.* t. 15. *Jacq. misc.* 2, t. 5. f. 1.

Non rara in alpinis: *Scheidek*, *Gotthardo*, *Furca*, *Gastern*, *Fouly*, *Rosa*, *Sylvio*, *Salanfe*; *Bernhard*, *Simplon*, *Speluga*, *Septimo*, *Gemmio*, in Aquilejensibus etc. 969.

(Cauliculus simplex, pubescens, atro-rubens; folia radicalia imbricata erecta, calyx viridis; petala calyce fere duplo majora, pallide luteola, maculis fulvis notata.)

9. S. *stellaris*, caule nudo ramoso glaberrimo; fol. cuneiformibus apice dentatis; petalis lanceolatis acuminatis. S. *Scopoli Carn.* t. 13. J*acq. coll.* 1. t. 13.

Ubique ad rivulos alpinos. 973.

(Folia crassula, in eodem cespite oblonga et cuneiformia, petala alba maculis croceis in ungue.)

10. S. *cuneifolia*, fol. cuneiformibus obtusissimis repandis; caule nudo paniculato. L. *Scopoli Carn.* t. 13.

Abunde in omnibus alpibus; descendit a *Gott-*

hardo ad *Wesen*, et a rupibus Aquilejensibus ad rupem *la Praisse* proxime *Roche*. Non tamen montana. 974.

(Folia dura, subtus rubra, petala albaluteo-punctata; calyx reflexus.)

11. S. *oppositifolia*, fol. caulinis ovatis oppositis imbricatis: summis ciliatis. L. *Oed. Dan.* t. 34. *Allioni Ped.* t. 21. f. 3.

Pulcherrima planta in alpium altiorum lapidosis ubique: in *Grimsula*, *Gemmio*, *Gotthardo*, *Neunenen*; in Rhæticis, Valesiacis et Aquilejensibus; ad moles glaciales vallis *Grindelwald* etc. 980.

(Caules procumbentes uniflori; folia quadrifariam imbricata; petala ovata purpurea et coerulea.)

12. S. *biflora*, caulib. repentibus; fol. caulinis ovatis oppositis ciliatis; pedunc. bifloris; petalis lanceolatis. S. *Allioni Ped.* t. 21. f. 1.

Summarum alpium incola: in præcipite via *Grandvire*; sub culmine *Dent* de *Morcle*; in M. *Meuveran*, *Martinets*, *Prapioz*, *Oberstafel*, *Sempronio*, St. *Bernhard*, *Fouly*. 981.

(Differt a præcedente, fol. omnibus ciliatis: caulinis multo rarioribus, nec imbricatis, et petalis lanceolatis. Flores plerumque sunt albi, quamvis etiam coerulei.)

13. S. *aspera*, fol. caulinis lanceolatis alternis ciliatis; caulib. procumbentibus. L. *Jacq. Austr.* app. t. 31.

In summis alpibus: *Gotthardo, Furca, Grimsula, Scheideck*; descendit a *Gotthardo*, ad *Wesen* et ad *Zollbrük* vallis *Lepontiæ*. In *Fouly, Simplon*, St. *Bernhard, Valorsine, Servant, Salanfe, Septimo* etc. 970.

(Folia lineari-lanceolata, dure ciliata, pedunculi longi uniflori; flores albi.)

14. S. *hirculus*, fol. caulinis lanceolatis alternis nudis inermibus; caule erecto. L. *Hall.* t. 11.

A la Chaux d'Abelle, Mairie des Brenets Neocastrensium. *Hallerus* filius reperit *à la Chetelaz* prope *Bellelai*, in paludosis sempermontanis et torfaceis; etiam in paludosis *de la Brevine* et *à la Chatagne*.

Ego in sylvoso monte *Bovonnaz*. 972.

(Caulis ruber, præcipue sub flore hirsutus, inferne rare, folia non semper nuda, sed etiam raris pilis ciliata, flores 1-2; petala magna, flava, sæpe punctis croceis notata.)

15. S. *autumnalis*, fol. caulinis linearibus alternis ciliatis: radicalibus aggregatis. L. *Scopoli Carn.* t. 14.

α. Flore *luteo*, crocco-punctato.

Frequens in montanis et subalpinis riguis;

etiam in planitiem descndit et in M. *Belpberg*, ad cataractas rivulorum, et demum in insulis *Arolæ*, v. gr. *Hunzikerau* reperitur. (Ad hanc refert *Hallerus* iconem *Oed. Dan.* t. 72, quod suæ *Aizoidi* tribuit *Linnæus*, quamque foliis lineari-subulatis sparsis nudis inermibus ab *autumnali* separat. Minus recte, ut nobis videtur, cum nostra specimina plerumque folia lineari-subulata *ciliata* habeant, obtusiora et mucronata.)

β. Flore toto *aurantio*, maculis saturatioribus, pene purpureis. —

Unice alpina: in *Gemmio*, *Gotthardo*, in *Aquilejensibus*, ad arenosa circa glaciales moles vallis *Grindelwald* etc. 971.

16. S. *rotundifolia*, fol. caulinis reniformibus dentatis petiolatis; caule paniculato. L. *Bull.* herb. t. 327.

Frequens in scrobibus rupium, et humectis umbrosis Juræ et Alpium. 975.

(Folia radicalia longe petiolata, caulina profundius incisa: petiolis hirsutis; petala alba, rubro et flavo punctata.)

17. S. *granulata*, fol. caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso; radice granulata. L. *Oed. Dan.* t. 514.

Nobis non vulgatissima. Copiosissima circa *Gübistorf*, circa *Arnex* supra *Urbam*, et Basi-

leæ inter St. *Margret* et *Gundeldingen*; etiam ultra *novam Domum* et *hinterm* Birsfeld. 976.

(Flores magni, longe pedunculati: pedunculis viscidis; petala alba viridi-striata.)

18. S. *bulbifera*, fol. radicalibus petiolatis reniformibus crenatis, caulinis inferioribus incisis, sessilibus, summis sparsis linearibus; caule ramoso bulbifero. S. *Oed. Dan.* t. 390.

Schleicher misit inventam prope *Branson* Valesiæ.

(A præcedente potissimum differt; foliis minus incisis, et floribus minoribus.)

19. S. *tridactylites*, fol. caulinis cuneiformibus trifidis alternis; caule erecto ramoso. L.

Frequens in tectis, muris vetustis, et arvis macilentis. 986.

β. valde ramosa, caule pene dodrantali; fol. trilobatis: lobis integris aut bilobatis. — *Auf dem Ried* inter *Sarnen* et *Stanz.*

(Hæc videtur S. *rupestris Willd.*; plantam non vidi.)

20. S. *petræa*, fol. cuneiformibus, radicalibus integris tridentatisque; caulinis quinquedentatis, superioribus trifidis; pedunc. subtrifloris. *Vald.* W. *Oed. Dan.* t. 68. *Scopoli carn.* t. 16. (S. hypnoides.) *Al-*

Ironi Ped. t. 22. f. 3. (pro planta valde foliosa.)

In asperrimis Alpium: ut in præcipiti semita la *Grandvire*, in *Fouly*, *Sempronio*, *Panerossaz*, unde habeo. 987.

(Planta hirsuta; petala alba; folia caulina summa etiam integra.)

21. S. *grönlandica*, fol. caulinis palmato-multifidis sparsis: laciniis acutis; caule erecto. L. *Gun. Norv.* t. 7. f. 1.

Hanc *Hallerus* a *Gesnero* accepit, viditque in Horto sicco *Scheuchzeri*. 990.

(Differt a præcedente habitu foliorum et caulis toto *glabro*, cum qua cæterum caule folioso, ramoso, et ad singulas alas pedunculum uniflorum educente satis convenit. *Hall.* Ob habitum glabrum non esse potest S. *adscendens*. *Willd.* et *Hallerum* sequi satius duxi.)

22. S. *moschata*, fol. radicalibus aggregatis integris trifidisque acutis linearibus; caule viscoso subracemoso; petalis calyci æqualibus. W. *Jacq.* misc. t. 21. f. 21.

Frequens in Alpibus. *Hallerus* cum sequente jungit.

23. S. *muscoides*, fol. radicalibus aggregatis integris trifidisque oblongis obtusis;

caule filiformi subbifloro; petalis vix calyce longioribus. W. *Scop.* t. 14. (S. cespitosa.)

Jisdem locis frequens: floribus ochroleucis, ut prior.

24. S. *cæspitosa*, fol. radicalibus aggregatis linearibus integris trifidisque, caulinis linearibus; caule erecto subbifloro; petalis calyce multo longioribus. S.

(Has tres plantas, in Alpibus perfrequentes *Hallerus* conjunxit. 988. Ultima minima est. *Muscoides* habet folium trifidum caulinum, et viriditate distinguitur. *Moschata* caule viscoso gaudet.)

25. S. *hypnoides*, fol. caulinis linearibus integris trifidisque: stolon. procumbentibus; caule erecto nudiusculo. L. *Oed. Dan.* t. 548. *Allionii Ped.* t. 21. f. 4. 5. 6.

Altiorum alpium: in *Gotthardo, Fouly, St. Bernhardo*, supra *Bagnes. Speluga*, Pilato, in mont. vallis St. Nicolai. etc.

Var. *β.* cum gemmulis in alis foliorum. 989.

(Cl. *Willdenow* præcedenti nupsit, errore quodam. Nam ipse *Hallerus Oederi* iconem laudat in *Addendis* pag. 186, et planta differt præcipue fol. longe petiolatis, et caule viscido; ejus folia caulina prima trifida sunt, summa linearia, et habet pedunculos multifloros.)

223. SCLERANTHUS. (*Knauel.*) *G. pl.* 767.

Cal. 1-phyllus, 5-fidus, collo coarctatus persistens; cor. 0; sem. 2, calyce inclusa.

1. S. *annuus*, calycibus fructus patulis. L. *Oed. Dan.* t. 504.

In agris et inter stipulas vulgo. 1551.

2. S. *perennis*, calycibus fructus clausis. L. *Oed. Dan.* t. 563.

Basileæ ad *Wiesam* sursum eunti occurret, postquam pontem *Huningam* ducentem superaveris. In colle, qui agros *Wylenses* separat a sylva cognomine. In Valesia, circa *Fouly*, *Gonthey* etc. In summo monte *Salanfe*. 1550.

224. GYPSOPHILA. (*Gypskraut.*) *G. pl.* 768.

Cal. campanulatus angulatus 5-partitus; petala 5 ovata subsessilia; caps. globosa 1-locularis.

1. G. *repens*, fol. lanceolatis; staminibus corolla emarginata brevioribus. L. *Jacq. Austr.* t. 407.

In alpibus nihil vulgatius; etiam in planitiem descendit a torrentibus eluta, ut circa *Belp* etc. 905. fl. æstate. (*Hallerus* cum G. *prostrata* conjungere videtur, dum *Pluknetii* synonymon citat.)

2. G. *fastigiata*, fol. lanceolato-linearibus obsolete-triquetris lævibus obtusis secundis. L. *Rupp.* p. 117. t. 2. f. 1.

Scheuchzerus in *Maloja* et *Septimo* mont. ait se legisse; præter eum nemo. 906.

(Folia glauca pulposa; petala ovata, roseola. *Hall.*)

3. G. *muralis*, fol. linearibus planis; calyc. aphyllis; caule dichotomo; petalis crenatis. L.

Inter stipulas; autumnalis planta. 903.

4. G. *saxifraga*, fol. linearibus; calycibus angulatis squamis 4, cor. emarginatis. L. *Barrel.* t. 998.

Frequens secundum lacum Lemanum, Lausannæ au *Montbenon.* In Aquilejensi regione et Valesia, a St. *Tryphon*, aux *Glaciers de la Grande Eau*; in arenosis vallis Lepontiæ. Basileæ in agris. 902.

(Petala alba, lineis roseis picta.)

225. SAPONARIA. (*Seifenkraut.*) G. *pl.* 769.

Cal. 1-phyllus tubulosus basi nudus, 5-dentatus; petala 5 unguiculata, filamenta alterna unguibus petalorum inserta; Caps. oblonga, 1-locularis.

1. S. *officinalis*, calyc. cylindricis; fol. ovato-lanceolatis. L. *Oed. Dan.* t. 543.

Ad vias et in siccis ruderosis abunde. 908. fl. Jul. Aug.

Var. α. flore pleno.

Var. β. staminibus violaceis nigris et amplis a *Pertuis.*

2. S. *vaccaria*, calyc. pyramidatis 5-angularibus; fol. ovatis acuminatis sessilibus. L.

In segetibus passim; in Valesia. Basileæ potissimum versus *Michelfelden*, circa *Moncharan*, a *Bosseja*, prope *Urbam*, a *Cressy* etc. 907.

3. S. *ocymoides*, calyc. cylindricis villosis; caul. dichotomis procumbentibus. L. *Jacq. Austr.* app. t. 23.

Nihil frequentius ad vias agri Aquilejensis; etiam ad rupes pagi *Gümmenen*; in vineto *Vuilly* supra vineas; in alpinis etiam et montanis; in scopulis ad ripam *Rivarii* lacus. 909.

4. S. *lutea*, calyc. teretibus; coroll. coronatis; flor. subumbellatis; fol. sublinearibus canaliculatis. L. *Allioni Pedem.* t. 23. f. 1.

In M. *Ternanche.* 904. (*Schleicher* invenit, qua descenditur *du Col du Mont-Cervin* au *Breuil. Saussure* voyages. T. VIII. pag. 208.)

226. DIANTHUS. *(Nelke.) G. pl.* 770.

Cal. cylindricus 1-phyllus, basi squamulis 4 cinctus; petala 5 unguiculata; caps. cylindrica 1-locularis.

a. *Flores aggregati.*

1. D. *Carthusianorum*, fl. subaggregatis; squamis calycinis ovatis aristatis tubum subæquantibus; fol. trinerviis. L.

In Ericetis, Juniperetis, et ad vias, in Agro Aquilejensi, circa Basileam. etc. 899. In Valesia frequens. fl. Jul. Aug.

β. Var. alpinam vix digitalem misit *Schleicher*.

γ. Misit etiam varietatem flor. confertissimis. (D. *vaginatus. Villars Delph.* III. pag. 594.)

2. D. *armeria*, flor. aggregatis fasciculatis; squamis calycinis lanceolatis villosis, tubum æquantibus. L. *Oed. Dan.* t. 230.

In nemoribus et ad vias. Inter *Belmont* et *Nidau*; circa *Bex*; Bernæ ad sylvulam *Muriensem*. Circa St. *Aubin*; in M. *Crenzach*, et in sylvis viisque siccis circa Basileam. 900.

3. D. *prolifer*, flor. aggregatis capitatis; squamis calycinis ovatis obtusis, muticis, tubum superantibus. L. *Oed. Dan.* t. 221.

Locis siccis, tenui gramine vestitis. In glárea ad *Grande Eau*; in Valesiæ viis ubique. Circa *Moncharan, Gorgier* etc. Basileæ passim locis asperis, non raro in muris. etc. 901.

Var. *β.* D. *diminutus*, qui nonnisi floribus solitariis differt, *Hallero* monente nullo modo separari potest, et nunquam separo.

b. *Flores solitarii, plures in eodem caule.*

4. D. *sylvestris*, flor. solitariis, squamis calycinis brevissimis ovatis, exterioribus acutis, interioribus obtusissimis, petalis crenatis imberbibus. W. *Jacq. ic. rar.* t. 82.

Latiori folio in rupibus circa lacus nostros, et in rupibus etiam circa *Aubonne*, *Moncharan*, *Roche*, in Valesia, agro Vaudensi. Perangustis foliis, in Alpibus *Scheibenflüh*, *Revereuse*, *Fouly*; et erit *Dianthus*, quem *Scheuchzerus* in pratis alpinis siccioribus vallis *Domleschg* invenit. *Itin. Alp.* p. 132. (ut Hallerus jam habet No. 901. γ)

Var. β. flore unico passim occurrit, vulgatissima inter *Valeire* et *Moncharans* locis gramineis. 896. in scopulis ad lacum *Rivarium*. *Scheuchz.* It. alp. p. 511.

5. D. *deltoides*, fl. solitariis; squamis calycinis lanceolatis binis; coroll. crenatis. L. *Oed. Dan.* t. 577.

Schleicher eum habet in Catalogo pag. 56, quasi novum, misitque; sed credo esse *Dianthum*, quem *Cherlerus* Basileæ extra portam *St. Johannis* reperit, apud *Haller.* No. 896. fine.

6. D. *plumarius*, flor. solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis; coroll. multifidis faucepubescentibus. L.

Magna copia circa *Burgdorf* in rupibus *Gisenau*, etiam sub ispa civitate in coteis scopulis. Ad pedem montis *Falkenstein*. Circa *Neufchatel* et *Valangin*. Circa *Augst*, in amphiteatro etc. 897.

7. D. *superbus*, flor. paniculatis; squamis calycinis brevibus acuminatis; coroll. multifido-capillaribus; caule erecto. L. *Oed. Dan.* t. 578.

In nemorum oris circa Bernam (versus Muri) *Mathod*, *Yverdun*, *Gampelen*, *Roche* etc. Basileæ. In Jurae montosis ubique. 898.

In ascensu montis St. *Bernhardini* supra *Rheinwald* ad viæ latera. *Scheuchz.* flore carneo invenit. It. alp. p. 453.

c. *Caule unifloro.*

8. D. *arenarius*, caul. subunifloris, squamis calycinis ovatis obtusis; petal. multifidis; fol. linearibus. L.

Cl. *Morell* invenit circa *Leuck*, et *Dick* in arenosis.

9. D. *Alpinus*, caule unifloro; coroll. crenatis; squamis calycinis exterioribus tubum æquantibus, fol. linearibus obtusis. L. *Jacq. Austr.* t. 52.

Dick invenit, sed locus ignoratur. (Minime tamen dubito, quin planta, quæ in Austriæ

pratis subalpinis, summisque Alpium jugis provenit, Helvetiorum alpes amet.)

10. D. *cæsius*, caul. subunifloris, squamis calycinis subrotundis brevibus; petalis crenatis pubescentibus; fol. margine scabris. *Smith.* W.

Davall invenit in M. *Rocheblanche* ad montem *Suchet.*

(Hi tres *dianthi* nuper inventi exstant in *Höpfner Magazin.* T. IV. p. 32.)

11. D. *scaber*, caule unifloro; squamis calycinis lanceolatis tubum æquantibus; petalis multifidis; fol. lineari-lanceolatis, scabris. S.

Hunc *Schleicherus* misit, inventum in valle alpina *Terranche.* (Caulis scaber, pedalis.)

TRIGYNIA.

227. Cucubalus. *(Taubenkropf.) G. pl.* 771.

Cal. inflatus 5-dentatus; petala 5 unguiculata absque corona ad faucem; caps. 3-locularis, apice quinquefariam dehiscens.

1. C. *behen*, calyc. subglobosis glabris reticulato-venosis; caps. 3-locularibus; coroll. subnudis. L. *Oed. Dan.* t. 857.

Flore albo ubique reperitur; flore rubro circa *Kandersteg*, balnea *Leucensia* etc.

Var. β. caule repente, foliis lanceolatis hirsutis; — in Alpibus supra Vallem St. *Nicolai*. 913.

2. C. *otites*, petalis linearibus indivisis undulatis glabris; flor. dioicis; pedunc. glabris; caule paniculato. W. *Oed. Dan.* t. 518.

Minime rarus in agro Aquilejensi, a *Fontenai*, etc. a St. *Tryphon*; in Vallesia, in Helvetia Transalpina, *Chiavennæ*, ad Lacum Luganensem etc. 920.

228. SILENE. *(Leimkraut.) G. pl.* 772.

Cal. ventricosus 5-dentatus; petala 5, unguiculata, denticulis 2 ad faucem coronata; caps. 1-3-locularis.

a. *Floribus solitariis lateralibus.*

1. S. *gallica*, flor. subspicatis alternis secundis, petal. indivisis; fruct. erectis. L. *Vaillant paris.* t. 16. f. 12.

Mendrisii inter stipulas. 914. *Schleicher* etiam misit inventam.

b. *Flor. lateralibus confertis.*

2. S. *nutans*, petalis bifidis; flor. lateralibus secundis cernuis; panicula nutante. L. *Oed. Dan.* t. 242.

Nihil frequentius ad vias, sepes, inque rupibus. 915.

c. *Flor. ex dichotomia caulis.*

3. S. *baccifera*, calyc. fructiferis cernuis inflatis lævibus; caps. coloratis, ramis divaricatis. W. (*Cucubalus* bacciferus.)

Circa Genevam a *Frontenex* ad sepes, et ad vias. 912. Etiam *sous la colline de Champel.*

4. S. *noctiflora*, calyc. 10-angularibus: dentibus tubum æquantibus; caule dichotomo; petalis bifidis. L.

Basileæ ante portam St. *Johannis.* 911.

(Folia ovato-lanceolata sessilia hirsuta; petala rubella. extus sublutea. *Hall.*)

d. *Flor. terminalibus.*

5. S. *armeria*, flor. fasciculatis fastigiatis; fol. superioribus cordatis glabris; petalis integris. L. *Oed. Dan.* t. 559.

Potissimum circa *Brieg*, *Branson*, *Fouly*; tamen etiam circa *Roche* in rupibus trans *l'Eau froide*, sed rarius. In Helvetia transalpina, ut *Chiavennæ*, in rupibus. 916.

6. S. *rupestris*, flor. erectis, petal. emarginatis; calyc. teretibus; fol. lanceolatis. L. *Oed. Dan.* t. 4.

In alpibus minime rara; etiam in Valles descendit, *Haseliam*, *Uraniensem*, adusque pagum *Steg*. Haud longe a Basilea in colliculo; in monte *Vogelberg*. 917.

7. S. *saxifraga*, caul. subunifloris; pedunc. longitudine caulis; flor. hermaphroditis foemineisque; petal. bifidis. L. *Segu. veron.* t. 6. f. 1.

Schleicher in Catalogo pag. 59. misit inventam in rupibus calidis Helvetiæ transalpinæ.

8. S. *vallesia*, caul. subunifloris decumbentibus; fol. lanceolatis tomentosis longitudine calycis. L. *Allioni Ped.* t. 23. f. 2.

In summis alpibus infrequens. In descensu montis *Sylvii*, in St. *Bernhardo.* 920.

(Caulis plerumque uniflorus; petala breviter bifida. *Hall.*)

9. S. *acaulis*, acaulis depressa; petal. emarginatis. L. *Oed. Dan.* t. 21. *Allion. Ped.* t. 79. f. 1.

Non infrequens, in *Gemmio, Joch, Prapioz*, in Auquilejensibus. 919.

Var. β. flore albo, in summo monte *Joch. Scheuchz.* It. Alp. p. 425. fl. Jul. Aug.

229. STELLARIA. (*Sternmiere, Meirich.*) G. pl. 773.

Cal. 5-phyllus, patens; petala 5, bipartita; caps. 1-locularis, 6-valvis, polysperma.

1. S. *nemorum*, fol. cordatis petiolatis; panicula pedunculis ramosis. L. *Oed. Dan.* t. 271.

Passim in nemoribus udis montosis; in monte supra *Kerzen.* etc. 886. *α.*

2. S. *dichotoma*, fol. ovatis sessilibus; caule dichotomo; flor. solitariis; pedunc. fructiferis reflexis. L.

In sylvis umbrosis; in *Combanivaz, Lioson, Gotthard.* 886. *β.*

(Conjungit has plantas *Hallerus*; illa junior, hæc adultior ei videtur)

3. S. *holostea*, fol. lanceolatis, serrulatis; petalis bifidis. L. *Oed. Dan.* t. 698.

Circa Basileam in via versus St. *Louis*; in via *Riehana* et ultra novam domum. Genevæ. 884.

(Petala calyce triplo longiora. W.)

4. S. *arvensis*, fol. linearibus integerrimis; flor. paniculatis minoribus, petalis ultra medium 2-partitis. *Hofm. Germ.* p. 152.

In stipulis. 882. *α.*

5. S. *palustris*, fol. linearibus integerrimis; flor. duplo majoribus, semibifidis. *Hofm. Germ.* p. 152.

Inter carices. 882. *β.*

6. S. *alsine*, caule diffuso ramoso; fol. sessilibus; pedunc. lateralibus; petalis calyce brevioribus angustissimis bipartitis. *Hofm. Germ.* p. 153.

Vulgaris in aquosis, ut ad rivi *Sulgenbach*

in Arolam influxum; inque carbonariorum areis. 881. Circa *Tobinium.*

7. S. *cerastoides*, fol. oblongis pubescentibus; caule decumbente; pedunc. unifloris geminatis erectis; petalis calyce majoribus. W. (*Cerastium trigynum Villars fl. Delph.* t. 46.)

Altissimarum Alpium rarior hospes; in *Penninis* alpibus et monte St. *Bernhardo*; in *la Paraz* M. *Ormond* dessus. 890.

(Caules infracti, ut ductum ab omni foliorum pare mutent. *Hall,*)

Ego inveni in *Panerossaz*, fl. Aug. S. *multicaulis*: fol. lanceolatis glabris, ramis erectis simplicissimis, pedunculo subsolitario terminali *Willd.* erit prioris varietas, cujus *Hallerus* eodem loco meminit. Non separarem.)

230. ARENARIA. (*Sandkraut.*) *G. pl.* 774.

Cal. 5-phyllus; petala 5 integra; caps. 1-locularis, 3-6-valvis polysperma.

1. A. *biflora*, fol. obovatis obtusis; caul. procumbentibus; pedunc. bifloris lateralibus. L. *Allioni Ped.* t. 44. f. 1. t. 64. f. 3.

In altioribus Alpibus: St. *Bernhard*, *Gotthardo*, *Ovannaz*, *Fouly*, *Septimo*; circa originem Rhodani. 877.

(Petala alba, ovata, calyce longiora.)

2. A.

2. A. *trinervia*, fol. ovatis acutis petiolatis nervosis. L. *Oed. Dan.* t. 429.

Frequens in sylvis potissimum abiegnis, et in umbrosis humidis. Jun. Jul. 878.

(Flores longe pedunculati, petala alba calyce breviora.)

3. A. *ciliata*, fol. ovatis nervosis ciliatis acutis. L. *Oed. Dan.* t. 346. *Jacq. coll.* 1. t. 16. f. 2.

4. A. *multicaulis*, fol. ovatis enerviis sessilibus acutis, corollis calyce majoribus. L. *Jacq. coll.* 1. t. 17. f. 1. *Hall.* t. 17.

(Has plantas *Hallerus* conjungit, quæ in alpinis saxosis ubique reperiuntur, et certe non sine ratione. Utraque habet folia ciliata, utraque corollas calyce multo majores, et si hujus radicem longius proserpentem excipies, discrimen *verum* nullum invenies.)

5. A. *serpyllifolia*, fol. subovatis acutis sessilibus; coroll. calyce brevioribus. L. *Fl. Dan.* t. 977.

Frequentissima in muris et locis macilentis, imo Alpes amat supra *Praborgne*, et *Gemmi* horridas et madidas rupes. 875.

6. A. *polygonoides*, fol. linearibus; caulib. procumbentibus; pedunc. bifloris terminalibus erectis; calycum subviscidorum

ſoliolis enerviis. *Wulf.* in *Jacq. coll.* 1. t. 15. *Allioni Ped.* t. 64. f. 4. (A. obtusa.)

In Alpibus, *Enzeindaz*; *Taveyannaz*, *Prapioz*, *Audon*, *Martinets*, *Dent de Midi*, *Fouly*, *Furcula*, supra *Kienthal* et Coenobium St. *Bernhardi* etc. 863.

(Caules debiles procumbentes; folia imbricata, mollia, viridia, glabra; calycis foliola oris albis, petala alba calyce majora.)

7. A. *rubra*, caulib. prostratis, ſol. oppositis filiformibus internodiis duplo brevioribus; stipulis membranaceis vaginantibus. S.

Minus frequens in Helvetia, quam in Germania. Circa Basileam inter *novam Domum* et arcem *Oetlingen*; ad *Wiesam* in agris versus *Wyl*. In glareosis ad Arolam *im Rätisboden* vallis Haseliæ; prope *Nidau*. Super *Viége* Valesiæ. 872.

(Calyx viscidus; flores coeruleo-purpurascentes.)

8. A. *cespitosa*, ſol. subulatis glabris; caulib. paniculatis; calycis foliolis lævibus striatis ovato-lanceolatis; petalis ovatis calyce majoribus; caule pedunculisque pubescentibus. S.

Ubique in rupibus Alpium et Juræ; etiam in planitie *à la Rape* prope *Roche*. 867.

(A. *saxatilis* differt calyce nonnisi *obtuso*; sed non separo.)

9. A. *dubia*, fol. subulatis subhirsutis;

caulibus paniculatis patenti-pilosis; calycis foliolis linearibus acuminatis striatis hirsutis; petalis calyci subæqualibus. S. *Villars Delph.* t. 47. (A. *hybrida.*)

(Hæc est *Halleri* planta 865, quæ nobis in segetibus, muris, imo in Alpibus (v. gr. *Gemmio*) provenit. Majori hirsutie, statura minori, ab omnibus similibus distinguitur. Præ omnibus A. *vernam Linnæi* credo, quamvis *dubiam* vocassem.)

10. A. *tenuifolia*, glabra; fol. subulatis; caule paniculato; calycis foliolis lanceolatis aristatis; petalis calyce minoribus. S. *Vaill. paris.* t. 5. f. 1. *Oed. Dan.* t. 389.

Ubique in muris et inter stipulas. 866.

(Differt potissimum a præcedente: petalis minoribus, glabro et altiore habitu. *Hallerus* et *Allioni* eam optime descripserunt.)

11. A. *laricifolia*, fol. setaceis: inferioribus fasciculatis; caule pubescente superne nudiusculo; calycib. oblongis lineatis subhirsutis; petalis calyce majoribus. S. *Jacq. Austr.* t. 272. *Villars Delph.* t. 47.

In alpinis: *Prapioz, Salanfe, Arbignon, Praborgne, Gemmio, Pilato;* supra *Wasen*; inter *Airolo* et *Faido.* Ad lacum *Siliensem.* In lapidosis montis *Thuiry*, qua primum in Vallem subitur, quæ Authoram alit. 869.

(Folia dura, pallide viridia. Non separo *A. striatam*, quæ vere minime differt, ut satis apparet ex l. *Bauhini* synonymo H. P. III. pag. 360. « Auricula muris pulchro flore, folio te« nuissimo" quod ad utramque citatur. *Villars Delph.* t. 47.)

12. A. *recurva*, fol. inferioribus fasciculatis lineari-subulatis sulcatis recurvis secundis, summis lineari-lanceolatis oppositis basi connatis; pedunc. terminalibus subbifloris pubescentibus; calyce lanceolato striato petalis paulo minore. S. *Jacq. coll.* 1. t. 6. f. 1. *Allioni Ped.* t. 89. f. 3.

Altiorum Alpium: vallis *Ursariæ, Gotthardi, Enzeindaz,* St. *Bernhard, Fräla.* 868.

(*Schleicher* etiam misit.)

13. A. *austriaca*, caule flaccido dichotomo; fol. radicalibus linearibus, caulinis lanceolatis oppositis; pedunculis longissimis subbifloris; petalis calyce paulo majoribus. S. *Jacq. Austr.* t. 270. *Allioni Ped.* t. 64. f. 2.

In loco *die Clus*, qua ex *Candersteg* aditur vallis *Gasternthal* habet *Hallerus.* 864. Etiam *Schleicher* invenit, misitque.

(Caulis et pedunculi pubescentes; folia caulina pauca; sub dichotomia folia 2 ovato-lanceolata; calyx lanceolatus mucronatus. *A. triflora Villars Delph.* tab. 47, non differre videtur.)

14. A. *grandiflora*, fol. subulatis planis strictis, radicalibus confertis; caulib. unifloris. L. *Allioni Ped.* t. 10. f. 1. *Scopoli Carn.* t. 17. *Stellaria* aculeata.

Rara. In M. *Chasseron*; circa Genevam. 874.

(Folia rigida sulcata aristata, margine et nervo subhirsuto; petala maxima ovata; calycis foliola ovato-lanceolata. *Hall.*)

231. CHERLERIA. *G. pl.* 775.

Cal. 5-phyllus, foliolis lanceolatis, concavis, striatis; nectaria 5, cordata, petaloidea; antheræ alternæ steriles; caps. 1-locularis, 3-valvis, 3-sperma.

C. *sedoides*, fol. oppositis, linearibus, acutis, basi connatis; caul. repentibus. *Jacq. Austr.* t. 284. *Hall.* t. 21.

In alpibus altioribus ubique: in *Gemmio, Leitern, Gotthardo, Sempronio*, in *Griseis* etc. 859.

PENTAGYNIA.

232. SEDUM. *G. pl.* 789.

Cal. 5-fidus; petala 5; nectaria 5 ad basin germinis; caps. 5, acuminatæ compressæ, longitudinaliter sutura introrsum dehiscentes.

a. *Planifolia.*

1. S. *telephium*, fol. planiusculis serratis; corymbo folioso; caule erecto. L. *Oed. Dan.* t. 686.

Vulgare: circa Bernam in sepibus *über dem Bodenacker.* Ad muros *Nidoviæ* et circa *Neocomum.* B sileæ in agris M. *Muteti* etc. Etiam in alpibus.

Var. *β.* non serratum: Basileæ extra portam D. *Albani.* 954.

2. S. *maximum*, fol. planiusculis oppositis subdentatis; corymbis axillaribus. *Krock. Hofm. Germ.* p. 156.

Frequentissime in rupibus circa *Roche, Aquilejam, Biennam*; supra *Baume*; in valle Lepontia tota; circa *Chiavennam.* 955.

(Differt a præcedente foliorum figura, directione, ramis, aliasque sedes tenet. *Hall.*)

3. S. *anacampseros*, fol. cuneiformibus integerrimis; caul. decumbentibus; flor. corymbosis. L.

In rupibus Alpium Aquilejensium, sur *Champ Richard.* In Valesiæ montibus St. *Bernhard, Jeman, Fouly*; supra *Bagnes.* 956.

4. S. *stellatum*, fol. planiusculis angulatis; flor. lateralibus sessilibus solitariis. L.

Ad aggeres viarum muscosos haud longe a *Gex*, autore *Rajo*; sed ibi non inventum. Reperit tamen *Gesner* in monte *Aubrig* (Suitensium.) 957.

5. S. *cepœa*, fol. planis lanceolatis; caule

ramoso; flor. paniculatis, petalis acutis aristatis. L.

Passim in calidiori Helvetia: circa Genevam; Mendrisii ad sepes; a *Poco d'Adda* a *Morbegno*. Tiguri. 958.

(*Au Creux de Genthod. Saussure* Voyag. dans les Alpes. I. pag. 58.)

b. *Teretifolia.*

6. S. *dasyphyllum*, fol. oppositis ovatis obtusis carnosis; caule infirmo; flor. sparsis. L. *Bull.* 3. *Jacq. hort.* t. 153.

Nihil vulgatius in muris agri Aventici; circa *Roche*, *Aquilejam*, *Viviscum*; *Lausannæ* etc. Sed etiam in summis Alpibus, non solum in muris et rupibus circa *Lauterbrunn*, et versus glaciales moles prope *Sichellauwenen*, et versus *Kandelsteg*, sed omnino in *Rosselina* monte. 961.

(Folia reti venarum rubrarum adspersa. *Hall.*)

7. S. *reflexum*, fol. subulatis sparsis basi solutis: inferioribus recurvatis. L.

In montosis, scopulis et aridis agri Aquilejensis, Valesiæ etc. in agris et mœnibus circa Basileam etc. 967. fl. Jun. Jul.

8. S. *saxatile*, fol. sparsis semiteretibus obtusis basi solutis; caule ramoso decumbente. *Wigg. Oed. Dan.* t. 59.

Altiorum Alpium: *Gotthardi*; in via a *Morcle* ad *Jeman*; *Fouly*. 964.

(Folia alterna sessilia, versus caulem plana, virentia, nunquam rubra, ad solem micantia; petala lutea. *Hall.*)

9. S. *album*, fol. oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus; cyma ramosa. L. *Oed. Dan.* t. 66. *Bull.* t. 79.

Nihil frequentius in muris et ad rupes. 959. fl. Jul. Aug.

10. S. *acre*, fol. subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis alternis; cyma trifida. L.

Ubique ad vias, aggeres, prata macilenta, muros. 966. fl. Jun. Jul.

11. S. *sexangulare*, fol. subovatis adnato-sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis. L.

Vulgatissimum circa *Bex* et *Bevieux* in muris et ad vias. 965.

12. S. *villosum*, caule erecto, fol. planiusculis pedunculisque subpilosis. L. *Oed. Dan.* t. 24. *Allioni Ped.* t. 65. f. 5.

Plurimum in pratis palustribus inter *Rüggisberg* et *Rüti*, et circa St. *Catherine* prope Lausannam; in nudis petris montis *Pinzberg* prope *Burgdorf*, supra officinam lateritiam, prope *Einsiedlen*. 962.

(Viscida et hirsuta planta; petala læte purpurea, extus hirsuta. *Hall.*)

13. S. *atratum*, caule erecto; flor. corymbosis fastigiatis. L. *Jacq. Austr.* t. 8. *Allioni Ped.* t. 65. f. 4.

Abunde in toto dorso Alpium septentrionali, *Gemmio*, Aquilejensibus et Valesiacis omnibus; etiam in *Gotthardo, Speluga* etc. 963.

(Folia alterna; tota planta glabra, cum rubore in foliis et fructibus. *Hall.*)

233. Oxalis. *(Sauerklee.)* G. *pl.* 794.

Cal. 5-partitus; petala 5, unguibus connexa; caps. 5-gona, 5-locularis, angulis longitudinaliter dehiscens.

1. O. *acetosella*, scapis unifloris; fol. ternatis; foliolis obcordatis pilosis. L.

Vulgo ad sepes, et in arborum umbra. 928. fl. Apr-Jul.

2. O. *corniculata*, caule ramoso decumbente radicante; pedunc. subumbellato petiolis breviore; fol. ternatis obcordatis; stylis longitudine staminum interiorum. W. *Oed. Dan.* t. 873.

Passim in valle Tellina; circa *Mendris* et *Chiavennam* in sepibus; etiam in pago *Frontenex* prope *Genevam*. 929.

234. Agrostemma. *(Rhade.)* G. *pl.* 795.

Cal. 1-phyllus, coriaceus, tubulosus, 5-dentatus; petala 5, unguiculata, limbo patente obtuso; Caps. 1-locularis 5-valvis.

1. A. *githago*, hirsuta; calyc. corollam æquantibus; petalis integris nudis. L. *Oed. Dan.* t. 576.

Nimis inter segetes frequens. 926. fl. Jun. Jul.

2. A. *coronaria*, tomentosa; fol. ovato-lanceolatis; petal. emarginatis coronatis serratis. L.

In planiori Valesia abunde etc. 925.

3. A. *flos jovis*, tomentosa, petalis emarginatis. L.

In Rhætia, Locarnensium agro; in Valesia, circa *Praborgne* et alibi. 924.

235. Lychnis. *(Lichtnelke.)* G. pl. 796.

Cal. 1-phyllus oblongus membranaceus 5-dentatus; petala 5, unguiculata, limbo subbifido; caps. subovata, 1-5-locularis.

1. L. *flos cuculi*, petal. 4-fidis; fructu subrotundo. L. *Oed. Dan.* t. 590.

In pratis udis perfrequens.

Var. β. flore albo passim; etiam circa *Rennaz.* 921. fl. Jun. Jul.

2. L. *quadridentata*, petal. 4-dentatis; caule dichotomo; fol. glabris recurvis. L. *Jacq. Austr.* t. 120.

In Abbatiscellanis alpibus; abunde in valle Alpina *Chapuise*, ad lapides humidos; etiam in

M. *Taveyannaz*, *Prapioz*; in valle Gaster. 918. Ego *a la Varaz* inveni. fl. Aug.

3. L. *viscaria*, petalis subintegris. L. *Fl. Dan.* t. 1032.

Rara. Circa *Octodurum* passim ad vias sabulosas. A *Tourtemagne*, *Gonthey*, *Formaz*; ad *Soazz* vallis *Misaucinæ*. 927.

4. L. *alpina*, petal. bifidis; flor. tetragynis. L. *Oed. Dan.* t. 65. *Hall.* t. 17.

Summarum alpium: In M. *Albula* Valesiæ; ad rupes glaciales *Chermontana*; in M. *Griseis*, *Stokberg*, *Arola*; in montibus vallis St. *Nicolai*; etiam in monte supra *Kienthal*. 922.

(Folia radicalia conferta, flores umbellati. *Hall.*)

5. L. *dioica*, flor. dioicis. L.

α. Flore albo.

Ubique ad vias siccas in agris.

β. Flore rubro.

Frequens in aquosis, inque montanis silvis. 923.

(Cl. *Willdenow* et *Villars* hanc pro specie distincta habent, et lubenter illis assentior. Planta s ltem, quam in Alpibus *à la Varaz* inveni, non solum majori hirsutie a vulgari alba differt, sed etiam caule teretiori, flor. minoribus, et calyce villosiore.

236. CERASTIUM. (*Hornkraut.*) G. *pl.* 797.

Cal 5-phyllus; petala 5 bifida, longitudine calycis; caps. 1-locularis, apice dehiscens, 10-dentata.

a. *Capsulis oblongis.*

1. C *vulgatum*, fol. ovatis; petalis calyci æqualibus; caul. diffusis. L. *Vaillant paris.* t. 30. f. 1.

Vulgo in pratis et ad vias. 893, fl. Maj. Jun. (Petala calyce paullo longiora.)

2. C. *viscosum*, erectum, piloso-viscosum; fol. oblongis obtusis; petalis calyce brevioribus. W. *Vaillant* t. 30. f. 3.

Non rarum ad macilenta viarum. 895. fl. æstate. (Stamina subinde 5. *Hall.*)

3. C. *semidecandrum*, decumbens, pilosum; fol. oblongis obtusis; petal. calyce brevioribus. W. *Vaillant* t. 30. f. 2.

Ad vias verna planta. e. g. Bernæ *um das Siechenhaus.* 894.

4. C. *arvense*, fol. lineari-lanceolatis obtusis glabris; coroll. calyce majoribus. L. *Vaillant* t. 30. f. 4. *Oed. Dan.* t. 626.

Circa *Mathod, Moncharan,* in Valesia. In valle Ursaria. In montibus du *Lac de Joux.* Basileæ versus St. *Louis* etc. 889.

(Folia semper subhirsuta, certe ciliata. *Hall.*)

5. C. *alpinum*, fol. ovato-lanceolatis; caule diviso; caps. oblongis. L. *Oed. Dan.* t. 6.

Satis frequens in Alpibus. 888.

(Flores calyce multo majores.)

b. *Capsulis subrotundis.*

6. C. *strictum*, fol. linearibus acuminatis glabris; pedunc. unifloris subtomentosis; caps. globosis. L. *Allion. Ped.* t. 88. f. 4.

In Alpibus ubique frequens. 892.

(Caulis subhirsutus, viscidus; calyx glaber, nitens. *Hall.*)

7. C. *aquaticum*, fol. cordatis sessilibus; flor. solitariis; fruct. pendulis. L.

In aquaticis fossisque. 885. fl. æstate.

8. C. *latifolium*, fol. ovatis subtomentosis; ram. unifloris; caps. globosis. L. *Jacq. Coll.* 1. t. 20.

In alpibus altioribus Valesiæ, (et in Aquilejensibus) in *Gemmio, Gotthardo, Fouly* etc. 887.

(Caules prostrati; calyx, pedunculi hirsuti; flores maximi.)

9. C. *tomentosum*, fol. oblongis tomentosis; pedunc. ramosis; caps. globosis. L.

Circa *Moutru* nova civis et procul dubio ex hortis nata. *Au Foulet*, prés de *la Chaud de Fonds*. 891.

(Tota planta tomentosa; flores calyce majores.)

10. C. *manticum*, glabrum; caule striato; fol. lanceolatis pedunc. longissimis; caps. globosis. L. *Seguier Ver.* III. t. 4. f. 2.

In Rhætia. 883.

(Folia basi connata; petala profundissime bifida; calycis folia ovato-lanceolata, alis albis aucta, ex qua nota facile agnoscitur. *Hall.*)

237. SPERGULA. *(Spark.)* G. *pl.* 798.

Cal. 5-phyllus; petala 5 integra; caps. ovata, 1-locularis, 5-valvis; sem. plurima, margine emarginato cincta.

1. S. *arvensis*, fol. verticillatis; flor. decandris. L.

Basileæ in arenosis ad *Wiesam*; infra *Burgfelden*, et inter pratum Sclopetarium et *Alschwyl.* Bernæ non rara, in adscensu ad M. *Gurten* supra villam der *Spiegel*, in segetibus *Vallesiæ* etc. 873.

2. S. *pentandra*, fol. verticillatis; flor. pentandris. L.

Schleicher habet in Catal. pag. 59.

3. S. *nodosa*, fol. oppositis subulatis lævibus; caul. simplicibus. L. *Oed. Dan.* t. 96.

In torfaceis prope *Pümpliz*, *Löhr*; circa *Seedorf*, *Anet*, *Morat* etc. 871.

4. S. *saginoides*, fol. oppositis linearibus lævibus; pedunc. solitariis longissimis; caule repente. L. *Allioni Ped.* t. 64. f. 1.

In udis rupibus, inter muscos, in M. *Javernaz*, *Chaud commun*, *Prapioz*, *Jeman*, *Speluga*, St. *Bernhard* etc. Etiam in planitie versus *Luganum*. 862.

(Flores per ætatem nutantes. *Hall.*)

DECAGYNIA.

238. PHYTOLACCA. *(Kermesbeere.)* *G. pl.* 800.

Cal. o; petala 5 calycina; bacca supera 10-locularis, 10-sperma.

P. *decandra*, fl. decandris decagynis. L.

Passim in Helvetia transalpina, inter *Poco d'Adda* et *Morbegno*; inter *Ripam* et *Chiavennam*. Circa *Osogne* et *au Cong* vallis Lepontiæ. 1007.

Classis XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

239. ASARUM. *(Haselwurz.)* *G. pl.* 801.

Cal. 3-4-fidus, superus: laciniis apice inflexis; cor. 0; caps. infera, coriacea, subsexlocularis.

A. *europæum*, fol. reniformibus, obtusis, binis. L. *Oed. Dan.* t. 633.

In sylvis montosis: abunde in adscensu montis *Dolaz*; inter *Münchenstein* et *Muttenz*, qua via per sylvam ducit; *in der Hardt* etc. Abunde prope *St. Imier*; prope *Loele*; circa *Delsperg* etc. Non procul *Tiguro* ad *Limagum* fl. (In sylvis montis *Engelberg* prope *Tobinium*. 1547.

β. Fol. majoribus: circa fanum D. *Virginis Eremitarum.*

(Floret vere.)

240. Portulaca. *(Portulak, Purzelkraut.)* G. *pl.* 824.

Cal. 2-fidus, superus; petala 5; caps. tecta, ovata, 1-locularis, circumscissa.

P. *oleracea*, fol. cuneiformibus; flor. sessilibus. L.

Basileæ in agris. Ad *Olon* secundum viam publicam. In *Valesia* etc. 968.

241. Lythrum. *(Weidrich.)* G. *pl.* 825.

Cal. 6-12 dentatus, dentibus alternis minoribus; petala 6, patentia, calyci inserta; caps. oblonga, 2-locularis, polysperma.

1. L. *salicaria*, fol. oppositis, cordato-lanceolatis; flor. spicatis dodecandris. L. *Oed. Dan.* t. 671.

Vulgo ad fossas et ripas. 854. fl. Jun.-Aug.

2. L. *hyssopifolia*, fol. alternis linearibus; flor. hexandris. L. *Jacq. Austr.* t. 133.

Rarum in Helvetia. Mülhusiæ in sylvis udis. *Basileæ.* 855. *Schleicher* etiam inventum misit.

D I G Y N I A.

242. Agrimonia. *(Odermennig.)* G. *pl.* 830.

Cal. 5-fidus, superus, altero obvallatus; petala 5; semina 2, in fundo calycis.

A. *eupatoria*, fol. caulinis pinnatis: impari petiolato; fructibus hispidis. L. *Oed. Dan.* t. 588.

Abunde in sepibus, ad vias, et in nemorosis. 991. fl. æstate ad autumnum.

TRIGYNIA.

243. RESEDA. *(Wau.)* *G. pl.* 831.

Cal. 1-phyllus, partitus; petala inæqualia, laciniata; caps. gibba, 1-locularis, apice dehiscens.

1. R. *luteola*, fol. lanceolatis integris, basi utrinque unidentatis; calyc. quadrifidis. L. *Oed. Dan.* t. 864.

Abunde ad vias. 1058.

2. R. *lutea*, fol. omnibus trifidis: inferioribus pinnatis. L. *Jacq. Austr.* t. 353.

In glareosis fluviorum, lacuumque oris, et ad vias: ad *Birsam*, ad Lacus *Thunensis* suprema littora; in viis publicis ab *Aventico*, in Valesiam usque. 1056. fl. Maj. Jun.

3. R. *phyteuma*, fol. integris trilobisque, calyc. maximis 6-partitis. L. *Jacq. Austr.* t. 132.

Sub molendino papyraceo pagi *Dardagny* in agris, et in Rhodani arenosis. 1057.

244. EUPHORBIA. (*Wolfsmilch.*) G. *pl.* 832.

Cal. 1-phyllus, ventricosus, 4- 5-dentatus, subcoloratus; petala 4-5, crassa, margini calycis imposita; filamenta diverso tempore erumpentia; caps. 3-cocca.

a. *Umbella trifida.*

1. E. *peplus*, umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis, fol. integerrimis obovatis petiolatis. L. *Bull.* t. 79. *Fl. Dan.* t. 1100.

Ad margines hortorum, in vinctis, et agris. 1049.

2. E. *exigua*, umbella trifida: dichotoma, involucellis lanceolatis; fol. linearibus. L. *Oed. Dan.* t. 592.

In agris et hortis, exeunte æstate abunde.. 1048. (Var. fol. acutis et obtusis; petala lunata; caps. glabra.)

3. E. *falcata*, umbella trifida; dichotoma, involucellis subcordatis mucronatis; fol. lanceolatis obtusiusculis. L. *Jacq. Austr.* t. 121.

Circa *Noviodunum.* Lausannæ versus montem supra *Pully.* In campis circa *Chexbres.* In *Valesia.*

Höpfn. Magaz. IV. p. 32. Prope *Sedunum* inventam misit *Schleicher*.

b. *Umbella quadrifida.*

4. E. *lathyris*, umbella quadrifida: dichotoma; fol. oppositis integerrimis. L. *Bull.* t. 103.

In Helvetia transalpina. Inter *Bellitionem* et *Ossogne* ad viam; circa *Crivola.* Etiam *Rupe.* 1044.

(Tota glauca; petala bicornia, corniculis obtusis, fructus lævis. *Hall.*)

c. *Umbella quinquefida.*

5. E. *segetalis*, umbella quinquefida: dichotoma; involucellis cordatis acutis; fol. lineari-lanceolatis: superioribus latioribus. L. *Jacq. Austr.* t. 450.

Circa *Siders* in Valesia superiori inventam misit *Schleicher.*

6. E. *dulcis*, umbella quinquefida: bifida, involucellis subovatis; fol. lanceolatis obtusis integerrimis. L. *Jacq. Austr.* t. 213.

Abunde circa *Roche* au *Prépourry*, aux *Gauges*, a *Echarpygny*, en *Jorogne.* Bernæ in *Engewald.* Basileæ in M. *Muteto* etc. In valle Jurana abunde. 1051.

Amat montium umbrosa; fl. Maj. Jun.

(Folia subtiliter serrata; petala rotunda flava; fructus purpureus, asper. *Hall.* Et folia utrinque villosa vidi, caulemque villosum. S.)

7. E. *paralias*, umbella subquinquefida: bifida; involucellis cordato-reniformibus; fol. sursum imbricatis. L. *Jacq. hort.* t. 188.

Ad vias totius Valesiæ (imo in subalpinis ad viam, qua a *Chemin neuf* descenditur ad *Aven.*) Aux isles de *Lavey*. Basileæ in sylva inter *Hüningen* et *Michelfelden* etc. 1055.

(Folia glauca, glabra, mucronata, inferiora minora lineari-lanceolata; petala subrotunda, obtusa, integra; capsula glabra.)

8. E. *helioscopia*, umbella quinquefida: trifida: dichotoma; involucellis obovatis; fol. cuneiformibus serratis. L. *Oed. Dan.* t. 725.

Ubique in hortis et ad vias. 1050.

(Fl. æstate.)

9. E. *verrucosa*, umbella quinquefida: subtrifida: bifida, involucell. ovatis; fol. lanceolatis, serratis, villosis; caps. verrucosis. L.

In agro Lemano, abunde circa *Grandchamp* supra molendinum; etiam circa Basileam, in montosis *Mutetæ*, et S. *Christianæ*; circa Genevam; reliquis tamen rarior. 1052. Ad vias circa *Noville* invenit *Scleicher*.

10. E. *platyphyllos*, umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucell. carina pilosis; fol. serratis lanceolatis; caps. verrucosis. L. *Jacq. Austr.* t. 376.

Vulgo ad vias totius pene Helvetiæ. 1053. (Fl. Jul. Aug.)

11. E. *sylvatica*, umbella quinquefida: bifida, involucellis perfoliatis subcordatis; fol. lanceolatis integerrimis. L. *Jacq. Austr.* t. 375.

Ubique in sylvis et sepibus, locisque lapidosis. 1045.

(Floret vere, toto anno folia retinens; imo jam initio Februarii, circa montem *Salevam* et pontem *Arve* florentem vidit I. B. III. pag. 672.

Plures alii *Tithymali* huc pertinent, sed nolo hic me litibus immergere. *Hall.* Certe de *Amygdaloide* et *Characia* quæstio subit. q. vid. S.)

d. *Umbella multifida.*

12. E. *esula*, umbella multifida, bifida, involucellis subcordatis; petalis subbicornibus; ramis sterilibus; fol. uniformibus. L.

Basileæ ad Rhenum versus *Haltingen.* 1046.

13. E. *cyparissias*, umbella multifida: dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus; fol. setaceis: caulinis lanceolatis. L. *Jacq. Austr.* t. 435.

Ad vias ubique, inque pascuis macilentis. 1047.

β. E. *degener*, fol. punctis croceis notatis in iisdem locis frequens, nonnisi varietas erit.

14. E. *palustris*, umbella multifida: subtrifida: bifida, involucellis ovatis; fol. lanceolatis; ramis sterilibus. *Oed. Dan.* t. 866.

Frequens in paludosis littoribus fluviorum lente manantium: ad *Brojam* prææalte; tum in pratis udis circa *Michelfelden*, *Roche* etc. 1054.

15. E. *characias*, umbella multifida: bifida, involucellis perfoliatis emarginatis; fol. integerrimis; caule frutescente. L.

In sylvis, sepibus locisque lapidosis. 1045. (*Hallerus* cum E. *sylvatica* conjunxit; *Gesnerus* E. *Characiam* indigenam statuit, et ego E. *amgydaloidem* vix separassem. S.)

DODECAGYNIA.

245. SEMPERVIVUM. (*Hauswurz.*) *G. pl.* 837.

Cal. 12-fidus; petala 12; Caps. 12. extrorsum acuminatæ, introrsum dehiscentes, polyspermæ.

1. S. *tectorum*, fol. ciliatis, propaginibus patentibus. *Oed. Dan.* t. 601.

In Alpibus: in *Gotthardo*, *Steinenberg*; in rupibus vallis *Ursariæ*; in montibus, *Salanfe*, vallis *Kienthal*, *Lepontiæ* et *Tellinæ*. Abunde circa *Branson* Valesiæ; etiam inter *Siders* et

St. *Leonhard*; supra *Biennam*; a *Fontanai* supra Aquilejam, semper in *rupibus*. Quod enim in tectis provenit, non debet pro spontaneo haberi. 949.

2. S. *globiferum*, fol. ciliatis, propaginibus globosis. L. *Jacq. Austr.* t. 40.

In alpibus, supra pagum *Ternanche*, trans montem *Sylvium* abunde. 950. et in *Pilato*.

(Caulis calyxque hirsuti, petala 12, flava, hirsuta, per oras ciliata. *Hall.* Invenit *Schleicher en descendant du Col du Mont-Cervin au Breuil. Saussure* Voyages. T. VIII. pag. 208.)

3. S. *arachnoideum*, fol. pilis intertextis, propaginibus globosis. L. *Jacq. Austr.* app. t. 42. *Barrel.* ic. 591. 393. 394.

Maxima copia ad rupes Valesiæ circa *Branson*, ad exitum torrentis *le Trient*, versus *Sideram*, in arce *Tourbillon*, et ad omnes muros vallis *Ursariæ* usque ad *Wasen*. In Alpes etiam lapidosas ubique adscendit: *Fouly*, *Prapioz*, *Ovannaz*, *Wängenalp*, *Scheidek*, *Lauterbrunn*.

β. Flore albo, et statura minori, foliisque brevioribus et latioribus. in M. *Sylvio*. 952.

(Telæ cum matura planta evanescunt. Caulis viscidus, flores magni purpurei. *Hall.*)

4. S. *hirtum*, foliis, caule, petalorumque apicibus hirtis. L. *Jacq. Austr.* t. 12.

In

In M. *Steinberg*, circa *Sichellauwenen* etc. et in Abbatiscellanis montibus. 949.

(*Hallero* est varietas S. *tectorum*; differt tamen: statura humiliore, foliis dentatis, petalis 6, albidis, quæ duodena et purpurascentia in illo sunt. Male *Viri docti* Halleri plantam No. 951, ad hoc referunt, cum synonymon I. *Bauhini* « Sedum latifolium floribus albicantibus" III. pag. 689, ab *Hallero* citatum certissime ad S. *hirtum* spectet.)

5. S. *montanum*, fol. integerrimis; propaginibus patulis. L. *Jacq*. *Austr*. app. t. 41.

Abunde in Alpium saxis: in *Gotthardo*, *Gemmio*, *Speluga*; in valle Lepontina ad *Bellitionem* usque, etc. 951.

(Caulis summus purpurascens; folia crassa, hirsuta, mucronata, mucrone purpureo; petala 9, purpurea. S.

β. Floribus læte incarnatis: prope *Lacum Engstlanum*. *Scheuchz*. It. Alp. pag. 49.

Classis. XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

---

245. Cactus. (*Stachelfeige.*) G. *pl.* 838.

Cal. 1-phyllus, imbricatus, superus; petala numerosa: interiora majora conniventia, exteriora breviora patula; stylus longitudine staminum; bacca oblonga, 1-locularis, umbilicata, polysperma.

C. *opuntia*, articulato-prolifer laxus: articulis ovatis; spinis setaceis. L.

Pro Americana planta vulgo habetur; provenit autem in rupibus Valesiæ supra *Boveret* et *Vauvry*, et in monte *Veche*, quinque leucis a *Lugano*. 1099.

247. Philadelphus. (*Pfeifenstrauch.*) G. *pl.* 840.

Cal. 4-5-partitus, superus; petala 4-5, subrotunda patentia; caps. ovata, utrinque acuminata, 4-5-locularis; semina numerosa, margini dissepimentorum incrassato affixa.

P. *coronarius*, fol. subdentatis. L.

Passim in sepibus. 1100.

248. Punica. (*Granatenbaum.*) G. *pl.* 847.

Cal. 5-fidus, superus; petala 5-6, calyci inserta; pomum multiloculare, polyspermum.

P. *granatum*, fol. lanceolatis; caule arboreo. L.

Seduni in rupibus arcis *Valeriæ*, olim *forte* casu eo delata. 1098.

249. Amygdalus. (*Mandelbaum.*) G. *pl.* 848.

Cal. 5-fidus, inferus; petala 5, ovata, obtusa, calyci inserta; drupa nuce poris perforata.

A. *communis*, fol. serraturis infimis glandulosis; flor. sessilibus geminis. L.

In sepibus circa *Gonthey* et *Saillon* Valesiæ, inque pratis. 1078.

Etiam in Vallé *d'Aoste*, sub M. St. *Bernhard*. *Addend.* pag. 187.

250. Prunus. *(Pflaumen, Kirschenbaum.)* G. *pl.* 849.

Cal. 5-fidus, inferus; petala 5, subrotunda, patentia; filamenta 20-30; drupæ nux suturis prominulis.

1. P. *padus*, flor. racemosis; fol. deciduis, basi subtus biglandulosis. L. *Oed. Dan.* t. 205.

In sepibus non rara: Bernæ im *Sulgenbach*, circa *Wabern*. In valle *des Ormonts* et aliis subalpinis. In montanis aux *Brenets* a *Goudeba*. Basileæ versus *Riehen*; circa *Münchenstein*, *Muttenz* etc. (*Tobinii.*) 1086. fl. Maj. Jun.

2. P. *mahaleb*, flor. corymbosis terminalibus; fol. ovatis. L. *Jacq. Austr.* t. 227.

Nihil frequentius in subalpinis et submontanis; in agro Aquilejensi ubique ad rupes; sic *Biennæ*; prope balneum *Flühen* etc. 1084. fl. vere.

3. P. *cerasus*, umbellis subpedunculatis; fol. ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. L.

In colle super *Portvaley*, maxima copia. A *Champel* et St. *Jean* prope Genevam. 1083.

4. P. *avium*, umbellis sessilibus; fol. ovato-lanceolatis, subtus pubescentibus, conduplicatis. L.

In sylvis, sepibus et triviis ubique. 1082. fl. Majo.

5. P. *domestica*, pedunc. subsolitariis; fol. lanceolato-ovatis, convolutis; ramis muticis. L.

In sepibus minime rara. 1079. fl. Apr. Maj.

6. P. *insititia*, pedunc. geminis; fol. ovatis subvillosis convolutis; ramis spinescentibus. L.

Au *Torrent*, et a *Cormoret* prope *Courtelary* (in episcopatu olim Basileensi.) 1081.

7. P. *spinosa*, pedunc. solitariis; fol. lanceolatis glabris; ramis spinosis. L. *Fl. Dan.* t. 926.

Frequens ad sterilia viarum, et in sepibus. 1080. fl. Apr. Majo.

DIGYNIA.

251. CRATAEGUS. (*Hagedorn.*) *G. pl.* 854.

Cal. 5-fidus, concavo-patens; petala 5; bacca infera, subrotunda, carnosa, umbilicata, 2-sperma.

1. C. *aria* (Mehlbaum), fol. ovatis, incisis, serratis, subtus tomentosis. L. *Oed. Dan.* t. 302.

In dumetis subalpinis et submontanis perfrequens; etiam in monte *Muteto*.

β. foliis semipinnatis. Au *Creux du Vent*, a la *Ferriere*, et apud Neocomenses. 1089.

2. C. *torminalis*, fol. cordatis septangulis: lobis infimis divaricatis. L. *Jacq. Austr.* t. 443.

Passim in sepibus: frequens circa *Roche*, aux *Gauges*; in monte *Falconario*. Basileæ versus *Gundeldingen*, in M. *Muteto* et *München-stein*. Circa Tigurum. Inter *Linieres* et *Neufchatel*, et circa eam urbem. 1088.

3. C. *oxyacantha*, fol. obtusis subtrifidis serratis. L. *Oed. Dan.* t. 634.

Ubique ad sepes.

β. non spinosa: *Agauni*, a la *Porte du Sex*. 1087.

γ. maxima, ad 10 pedes et ultra: ad ripam Rheni posterioris, haud procul a balneo *Rothen-Brunn*. *Scheuchz.* It. Alp. pag. 90.

4. C. *azarolus*, fol. obtusis subtrifidis subdentatis. L.

Hic est forsan *Chamæcerasus*, quem in Monte *Generoso Gesnerus* invenit. Folia sunt quidem aceris campestris, fructus Ceraso saltem similis; sed ignorabat magnus *Hallerus*. No. 1085, ut nihil restet nobis, nisi iter in M. *Generosum*, ad investigandam veritatem.

5. C. *monogyna*, fol. acutis subtrifidis serratis glabris; flor. monogynis; pedunc. calycibusque subpubescentibus; calycinis segmentis lanceolatis acuminatis. W. *Jacq. Austr.* t. 292. f. 1.

Schleicher misit inventam.

TRIGYNIA.

252. Sorbus. (*Speierling.*) *G. pl.* 855.

Cal. 5-fidus; petala 5; bacca infera, mollis, globosa, umbilicata, 3-5sperma.

1. S. *aucuparia*, fol. pinnatis, utrinque glabris. L. *Fl. Dan.* t. 1034.

In sylvis abunde. 1091. fl. Maj. Jun.

2. S. *domestica*, fol. pinnatis, subtus villosis. L. *Jacq. Austr.* t. 447.

Non vulgaris. Circa arcem *Münchenstein*, *Ouchy*; in sylvis inter *Muttenz* et *Gemper*, et circa *Ramstein*. 1092.

PENTAGYNIA.

253. Mespilus. (*Mispeln.*) *G. pl.* 857.

Cal. 5-fidus; petala 5; bacca globosa, umbilicata; calyce connivente subclausa; semina 3-5, ossea, gibba.

1. M. *germanica*, inermis; fol. lanceolatis, subtus tomentosis; flor. sessilibus, solitariis. L.

In dumetis circa Bernam; in dumetis insulæ St. *Petri*, lacus Biennensis. Neocomi, entre les maisons *du Plan*. 1094.

Fl. Apr. Majo.

2. M. *amelanchier*, fol. ovalibus, apice serratis, basi integris, junioribus subtus to-

mentosis, adultis utrinque glabris, racemis terminalibus. S. *Jacq. Austr.* t. 300.

Frequens, montanorum hospita et subalpinorum: trans sylvam *la Chenau* versus *Chamoseire*, circa torrentem *Tantin*. In colle *Scquenil* prope *Rupem*. In M. *Falconario*; in adscensu M. *Hauenstein* supra *Balstall*, et circa *Falkenstein*; circa *Reichenstein* et *Landskron* etc. Neocomi à la *Rochelle*. Inter *Tusis* et *Chur*. 1095.

(Arboris non obliviscor, cujus fructus coeruleo-nigricantes dulcesque, sitienti et esurienti, ad alpinam viam *Chemin Neuf*, maximæ deliciæ erant.)

3. M. *chamæ-mespilus*, inermis; fol. ovalibus acute serratis glabris; flor. corymboso-capitatis. L. *Jacq. Austr.* t. 231.

In alpinis ubique; frequens in Aquilejensibus. Etiam in montanis, ut in M. *Botrod*, qua ad cacumen *Dolæ* adscenditur, in M. *Thuiry*, *Falconario*, *Chasseralle*. 1090.

(Folia dura, constanter subtus pallida; flos rubellus; fructus niger, edulis. *Hall.*)

4. M. *cotoneaster*, inermis; fol. ovatis integerrimis, subtus tomentosis. L. *Oed. Dan.* t. 112.

Vulgo in lapidosis, ad pedes *Juræ* et alpium; In M. *Albio* et *Badæ*. Supra *Biennam*, ad

pedem arcis *Falkenstein*; in M. *Wasserfalle*, *Grandvi*, *Saleva*, circa *Roche* etc. 1093.

(Flores laterales, cernui. Baccæ rubræ, insipidæ. Semina 3. *Hall.*)

254. PYRUS. *(Birnbaum.)* *G. pl.* 858.

Cal. 5-fidus; petala 5; pomum inferum, 5-loculare, polyspermum.

1. P. *communis*, fol. ovato-lanceolatis serratis lævibus; flor. corymbosis. S.

In arvis et sylvarum oris. 1096.

2. P. *malus*, fol. ovatis serratis acuminatis, subtus hirsutis; umbellis sessilibus. S.

In sylvarum oris, et per arva. 1097.

255. SPIRAEA. *(Spierstaude.)* *G. pl.* 862.

Cal. 5-fidus; petala 5; caps. acuminatæ, bivalves; semina pauca, parva, acuminata, suturæ internæ affixa.

1. S. *aruncus*, fol. supradecompositis; spicis paniculatis; flor. dioicis. L.

In sylvis umbrosis non rara. Bernæ in sylvulis ad Arolam, sub *Wabern*. In adscensu montis *Pinzberg* prope *Burgdorf*. Ad sepes inter *Belmont* et *Herblingen*. Circa *Wasen* Uriorum. etc. etc.

(Tobinii am *Weissenberg*) 1134.

2. S. *filipendula*, fol. interrupte pinna-

tis : foliolis lineari-lanceolatis, interrupte serratis glaberrimis, flor. cymosis. L. *Oed. Dan.* t. 635.

Paulo infrequentior. Basileæ supra *Münchenstein*; qua itur ad *Gempenweyd*. In der *Rænklismatt*. ib. Circa *Aigle* et *Roche* in pratis udis, sic in Valesia circa *Gonthey*. Prope Neocomum au *Mail*, in Valle *Motier Travers* etc. 1136.

3. S. *ulmaria*, fol. interrupte pinnatis: foliolis ovatis biserratis subtus canis, flor. cymosis. L. *Oed. Dan.* t. 547.

Ubique ad aquas, fossas, et in humidis pratis. 1135. fl. Jun. Jul. sic priores.

POLYGYNIA.

256. Rosa. (*Rose.*) G. *pl.* 863.

Cal. 5-fidus, urceolatus; carnosus, collo coarctatus; petala 5, calycis collo inserta; semina numerosa, hispida, calycis interiori lateri affixa.

1. R. *eglanteria*, germinibus globosis, pedunculisque glabris; caule aculeis sparsis rectis; petiolis scabris; foliolis acutis. L.

In sepibus circa *Lassaraz*. 1103.

(Flores flavi; folia odoratissima. Conjungit *Hallerus* cum sequente.)

2. R. *rubiginosa*, germin. globosis petio-

lisque aculeatis; aculeis recurvis; fol. subtus rubiginosis. L. *Jacq. Austr.* t. 50.

Non rara in Helvetia planiori: circa *Roche*, au *Tombèy*, circa St. *Tryphon*, *Lassaraz*, supra *Biel* et *Crassy*, circa *Ferriere*. Basileæ versus St. *Louis*. Etiam in alpes ascendit circa *Geschinen*. 1103.

(Flores exigui, incarnati, odore quasi pomorum. *Hall.*)

3. R. *cinnamomea*, germin. globosis, pedunculisque glabris; caule aculeis stipularibus; petiolis subinermibus. L.

Omisit *Hallerus* plantam a *Gesnero* jam in monte *Albio* inventam, I. *Bauh.* H. P. II. pag. 39. Nascitur etiam circa Lausannam supra *Pully*, in loco, *Rosiaz* dicto; et flore pleno multis in locis agri Lemani; sed male pro nova habetur in *Höpfn. Magaz.* IV. p. 33.

(Caules rubri; folia sexjuga, sature viridia, subtus glabra; petala rubra, unguibus albis. *Scopoli Carn.* 605.)

4. R. *arvensis*, germin. oblongis pedunculisque scabris: calycis foliolis subpinnatis; caule petiolisque aculeatis; fol. septenis glabris. S.

Ad sepes, Bernæ, Basileæ, *Tobinii* etc. 1102.

(Planta I. *Bauhini*, a Hallero citata, utique

arvensis est, cur *novam* faciunt in *Höpfn. Mag.* IV. p. 33?)

5. R. *montana*, germin. oblongis pedunculisque hispidis; fol. septenis subrotundis glabris; caule petiolisque aculeatis. S. *Vill. Delph.* T. III. p. 547.

Circa *Servan* inventam misit *Schleicher*, et hæc erit *Rosa*, quam in montibus Aquilejensibus invenerant, inque valle *Praborgne*, inter pontem *Diaboli* et *Steg* etc. in *Höpfn. Mag.* l. c. (aculei recurvi.)

6. R. *pimpinellifolia*, germin. globosis pedunculisque glabris; caule aculeis sparsis rectis; petiol. scabris; foliol. obtusis. L.

7. R. *spinosissima*, germin. globosis glabris; pedunc. hispidis; caule petiolisque aculeatissimis. L. *Oed. Dan.* t. 398.

Hallerus has duas conjungit, et jure. Proveniunt abunde circa *Roche*, supra les *Gauges*, en *Planfavey*. Neocomi supra *Pierabot*. *Auf der Sissacher Flüh*. In monte *Chasseralle*. Au petit *Saleve*. 1106.

8. R. *villosa*, germin. globosis, pedunculisque hispidis; caule aculeis sparsis; petiol. aculeatis; fol. tomentosis. L.

Montana: in agro Aquilejensi, in Valesia, *um das Heilbad*, circa *Ferriére*; et locis humidis in alnetis circa Basileam. 1105.

9 R. *gallica*, germin. ovatis pedunculisque hispidis; caule petiolisque hispido-aculeatis. L.

Genevæ circa castellum *l'Abbatie*, et inter Genevam et *Trenei*. I. *Bauh*. II. 35. « *Rosa sylvestris rubella*."

(Frutex humilis; folia subrotunda, quina, raro septena, *glabra*, superne obscurius virentia; flores incarnati, jucundissimi odoris. I. B. *Hallerus* cum sequente conjungit. 1104.

Invenit etiam *Schleicher* in pratis prope *Servan*.)

10. R. *pumila*, germin. ovatis petiolis pedunculisque hispidis; caule superne aculeatissimo. L. *Jacq. Austr.* t. 198.

Genevæ invenit *Saussure*. 1104. in Addend. pag. 188.

(Frutex humilis; caulis infimus raro spinosus, aut nunquam; superne spinis horridus; flores intense carnei; calyx pilis fuscis. *Hall.* et I. B. *Rosa pumila* II. pag. 35. ex *Clusio* et R. *austriaca* eadem est.)

11. R. *pyrenaica*, germin. ovatis pedunculisque hispidis coloratis; petiolis hispido-aculeatis, calyc. foliosis. *Gouan*. ill. t. 19.

Schleicher invenit.

12. R. *alpina*, germin. ovatis glabris; pedunculis petiolisque hispidis; caule inermi. L. *Jacq. Austr.* t. 279.

In rupibus subalpinis et montanis abunde. In M. *Grandvi Dolaz*; inter M. *Wasserfall* et *Vogelberg*. A la *Dent* versus *le Pont*, et in M. *Thuiry*. In M. *Luan*; in montis *d'Ansex* gypsariis rupibus. A la *Combe Biosse*, et *Combe* de *Valanvron*. 1107. Et ego inveni ad viam alpinam, qua itur ex *sur Champ* a la *Varaz*, Augusto florentem.

(Folia septena et novena, ovalia, (subinde lanceolata) glabra, argute serrata; petioli spinis raris innoxiis; flores solitarii, magni, purpurei, odori. S.

R. *lagenaria Villarsii*, quam *Schleicher* in Catal.. p. 58. inter *novas* ponit, ab hac non diversa videtur, ut ex specimine video in Valesia superiore invento; habet folia paullo minora et rotundiora.)

13. R. *canina*, germin. ovatis pedunculisque glabris; caule petiolisque aculeatis. L. *Fl. Dan.* t. 555.

In sepibus et dumetis vulgatissima. 1101.

β. foliis glaucis rubedine tinctis, floreque rubro, a *Scheuchzero*. It. Alp. p. 518, et *Hallero* in ipso pago *Grindelwald*, et a *La Chenal* in alpinis pascuis lecta, est R. *rubrifolia Villarsii Delph*, et nonnisi species *caninæ*.

(*Schleicher* etiam in montanis invenit.)

14. R. *collina*, germin. ovatis fere gla-

bris; pedunc. petiolisque glanduloso hirsutis; caule aculeato. *Jacq. Austr.* t. 197.

Schleicher invenit *aux Plans.*

257. RUBUS. *(Brombeere.)* G. *pl.* 864.

Cal. 5-fidus: laciniis oblongis patentibus; petala 5, erecto-patentia; bacca composita ex plurimis acinis in capitulo convexo inter se cohærentibus, monospermis.

a. *Frutescentes.*

1. R. *idæus*, fol. quinato-pinnatis ternatisque; caule aculeato; petiol. canaliculatis. L. *Œd. Dan.* t. 788.

Abunde in sylvis cæduis et collibus, (dumetisque.) 1108.

β. non spinosus: circa rivum *Glasbach.*

2. R. *cæsius*, fol. ternatis subnudis, lateralibus bilobis; caule aculeato tereti. L. *Bull.* t. 381.

In agris declivibus et fossarum aggeribus. In agro Aquilejensi etiam ad vias, murosque vinearum. 1110.

3. R. *fruticosus*, fol. quinato-digitatis ternatisque; caule petiolisque aculeatis. L. *Fl. Dan.* t. 1163.

Nihil frequentius in sylvis. 1109.

4. R. *tomentosus*, fol. ternatis acutis inæ-

qualiter dentatis utrinque tomentosis, lateralibus subincisis. *Willd.*

In Valesia *Schleicher* invenit.

5. R. *glandulosus*, fol. ternatis mollibus hirsutis: foliolis ovatis serratis; caule petiolis pedunculisque aculeatis hirsutis. S.

Schleicher invenit *aux Plans*, misitque nomine R. glandulosi *Bellardi.*

(Folia etiam habent aculeos subtus in nervis.)

b. *Herbaceus.*

6. R. *saxatilis*, fol. ternatis nudis; flagellis reptantibus herbaceis. L. *Oed. Dan.* t. 134.

In alpium sylvosis et ad vias asperas dumosas. A *la Chenau* supra Aquilejam, ultra *Panex*; supra les *Plans*, ad viam in *Lauterbrunnen.* In montibus Vallis *Emmiæ* ultra *Tschangnau*; in M. *Fracto*; ad radicem M. *Titlisberg*, et circa Thermas *Fabarias* Etiam in montanis: *Thuiry*, *Motier Travers*, *Chasseralle* etc. 1111.

258. FRAGARIA. (*Erdbeere.*) *G. pl.* 865.

Cal. 10-fidus; petala 5; receptaculum seminum ovatum, baccatum, deciduum.

1. F *vesca*, flagellis reptantibus. L.

In omnibus sylvis, inque collibus apricis.

β. quæ crepitum edit, dum fructus decer-

pitur (Knallbeere): au bois de la *Ferriere; Combe de Valanvron.* 1112.

γ. absque flagellis: *Biennæ,* in calidis petrosis Juræ. *Addend.*

2. F. *sterilis*, caule decumbente; ramis floriferis laxis. L.

Ad oras viarum steriles, circa *Bernam, Roche* etc. 1113.

259. POTENTILLA. *(Fingerkraut.)* G. *pl.* 866.

Cal. 10-fidus: laciniis alternis minoribus reflexis; petala 5; stamina raro a numero 20 recedentia; semina subrotunda nuda, receptaculo parvo exsucco affixa.

a. *Foliis pinnatis.*

1. P. *anserina*, fol. pinnatis serratis: caule repente; pedunc. unifloris. L. *Oed. Dan.* t. 544. *Bulliard* t. 157.

Vulgo ad vias paulum humectas, et ad fossas. 1126.

2. P. *multifida*, fol. bipinnatis: segmentis integerrimis distantibus subtus tomentosis; caule decumbente. L.

Circa rupes glaciales montis *Stock*, qui ad vallem St. *Nicolai* pertinet. 1125. *Schleicher* in M. *Sylvio* inventam misit.

(Folia radicalia longe petiolata, septena, novena; flores terminales, calycis exteriora segmenta ovato-lanceolata, interiora gracilia; petala lutea, profunde cordata. *Hall.*)

3. P. *rupestris*, fol. pinnatis ternatisque; caule erecto; flagellis nullis. L. *Jacq. Austr.* t. 114.

Non vulgatissima. Secundum semitam ab arce *Hermitage* ducentem ad montem le *Petit Saleve*, prope arcem. A *Gentou*. In valle *Servant* Valesiæ, versus montem *Salanfe*; in valle *Praborgne*. In sylva *Schæren*. 1127.

(Folia radicalia septena, caulina quina, terna; calycis segmenta alterna perparva, majora tridentata; petala alba. *Hall.*)

4. P. *supina*, fol. pinnnatis: foliolis oblongis profunde dentatis; caule decumbente dichotomo; pedunc. axillaribus solitariis. W. *Jacq. Austr.* t. 406.

Schleicher invenit.

b. *Foliis digitatis.*

5. P. *recta*, fol. septenatis lanceolatis serratis utrinque subpilosis; caule erecto. L. *Jacq. Austr.* t. 583.

In monte *Follatel* inter *Branson* et *Ellé*: in sunımo districtu Decuriæ *Gomsch*, et circa *Chiavennam*. 1121.

(Folia septena et quina; flores corymbosi; petala sulphurea cordata. *Hall.*)

6. P. *argentea*, fol. quinatis cuneiformibus incisis subtus tomentosis; caule erecto. L. *Oed. Dan.* t. 865.

Ad vias siccas, et in muris frequens. 1124.

7. P. *verna*, fol. radicalibus quinatis acute serratis retusis; caulinis ternatis; caule declinato. L. *Allioni Ped.* t. 24. f. 2.

Vulgo ad vias. 1119.

β. fol. omnibus ternatis.

γ. petalis maculatis.

(Huc pertinet etiam P. *filiformis*, *Villars* quam *Schleicher* etiam invenit.)

8. P. *rubens*, fol. radicalibus cuneiformibus quinatis subtus et margine pilosis, caulinis ternatis; caule adscendente rubente. S. *Allioni Ped.* 1486.

In monte *Servin* vallis D. *Nicolai* inventam misit *Schleicher*.

(Folia viridia; caulis satis crassus a medio ad summum totus rubet. Priori valde affinis est.)

9. P. *opaca*, fol. radicalibus septenatis et novenis pilosis subtus incanis: foliolis cuneiformibus inciso-serratis; caulibus filiformibus pilosis decumbentibus. S. *Jacq. ic. rar.* 1. t. 91.

In collibus, montosis et Alpinis.

(*Hallerus* a *verna* non separat. Hujus loci sunt *Quinquefolia.* 3. 4. 6. C. B. in *Pin.* et 3. in *Prodr.* p. 139. et *Pentaphyllum* parvum hirsutum. I. B. Hist. pag. 398.

Differt adhuc a *verna* « petiolis rubentibus longiuscule et molliter pilosis; a *rubente*" caule minus crasso et magis piloso.)

10. P. *dubia*, fol. hirsutis: radicalibus quinatis et septenatis longissime petiolatis, caulinis ternatis lanceolato-stipulatis: foliolis cuneiformibus inciso-serratis; petiolis pilosis incrassatis; caule adscendente compresso hirsuto multifloro. S.

Bernæ in glareæ fodinis; circa *Fouly*; in Mont. *Joux*, *Verte*, *Gemmio.* 1120.

(Hanc dubiam voco, quamvis non ignotam; ad P. *intermediam*, *hirtam*, valde, imo proxime accedit, diversa tamen est. Inter plures comparatas plantas, P. *salisburgensis Haenke Jacq.* ic. rar. 3. t. 490. ei sola convenit. Eam pluries in Jura inveni; et misit nuper *Schleicher* nomine: *Pot. intermediæ.* Aegre eam *Hallerus* a *verna* separat.)

11. P. *aurea*, fol. radicalibus quinatis apice serratis pilosis margine sericeis, caulinis ternatis; caule declinato. S. *Oed. Dan.* t. 114. *Hall.* t. 21.

In alpinis ubique; etiam in montanis *Chasseralle, Tête de rang, Dolaz* etc. 1122.

12. P. *alba*, fol. quinatis, apice conniventi-serratis, subtus sericeis: foliolis oblongis; caulibus filiformibus procumbentibus; receptac. hirsutis. S. *Jacq. Austr.* t. 115.

In australi parte sylvæ des *Prangins* circa *Nyon. Höpf. Magaz.* IV. p. 33.

Schleicher invenit in pratis siccis prope *Locarno.*

(Radix crassiuscula nigricans; folia superne viridia glabra, subtus denso sericeo villo splendentia; petioli caule plerumque longiores. *Hallerus* cum sequente conjungere videtur, et C. B. jam invenerat in saxosis circa *Curiam* Rhætorum. *Prodr.* pag. 139. No. 2.)

13. P. *caulescens*, fol. quinatis, apice serratis, utrinque incanis, foliolis subcuneiformibus; caulibus multifloris decumbentibus; receptaculis hirsutis; petalis oblongis. S. *Jacq. Austr.* t. 220.

Frequens in agro Aquilejensi et Valesiæ; prope *Roche*, in muris *Agauni*; au *Chemin neuf* inter *Diableret* et *Aven*, inter *Salges* et *Innen* Valesiæ. Ad lacum *Rivarium*, versus *Sargans* etc. In Abbatiscellanis Alpibus *beym wilden Kirchlein* etc. 1123.

(Differt adhuc a præcedente: radice multo crassiore; foliolis apice profundius incisis: den-

tibus 3-8, non oblongis sed sæpe cuneiformibus; caulibus altioribus, et magis multifloris. P. *clusiana*, quæ nonnisi petalis subrotundis differt, non separari debet.)

14. P. *reptans*, fol. quinatis hirsutis serratis; caule repente; pedunc. unifloris. S. *Fl. Dan.* t. 1164.

Ubique ad vias. 1118.

c. *Foliis ternatis.*

15. P. *norvegica*, fol. ternatis; caule dichotomo; pedunc. axillaribus. L. *Oed. Dan.* t. 171.

In summis alpibus, circa templum *Jovis Pennini.* 1115. In alpibus montis *Sylvii. Allioni Ped.* 1488.

(Omnium humillima: folia serrata, hirsuta; flores pauci lutei, calyce paulo majores. *Hall.* Inventa etiam circa Lacum *Lioson. Etrennes* Helvetiennes. Anni 1797.)

16. P. *nivea*, fol. ternatis incisis subtus tomentosis; caule adscendente. L.

Thomas invenit in M. *Sylvio*; *Schleicher* in monte *Löttscherberg.*

(Folia subtus dense tomentosa, superne viridia, circumserrata; caules subnudi purpurascentes subtomentosi; flores lutei; pedunculi uniflori tomentosi.)

17. P. *grandiflora*, fol. ternatis dentatis utrinque subpilosis; caule decumbente foliis longiore. L. *Hall.* t. 21.

Alpina: aux *Essuyeres*, *Martinets*, *Fouly*; ultra *Enzeindaz*, in M. *Simplon*, *Braulio*, *Gotthardo*; inter *Urseren* et *Realp*; ad lacum *Sylvæ* planæ. 1114.

(Caulis erectus; folia subrotunda crenata; flores flavi calyce villoso multo majores.)

260. TORMENTILLA. (*Blutwurz.*) G. *pl.* 866.

Cal. 8-fidus; petala 4, obcordata; semina 8-20 subrotunda, nuda, receptaculo parvo affixa.

T. *erecta*, caule erectiusculo; fol. sessilibus. L. *Oed. Dan.* t. 598.

In pascuis udis, sylvis et alpibus. 1117.

261. GEUM. (*Benediktenkraut.*) G. *pl.* 867.

Cal. 10-fidus, laciniis alternis minimis; petala 5; semina hispida stylo longe aristata.

1. G. *rivale*, flor. nutantibus; fructu oblongo; aristis plumosis tortis. L. *Oed. Dan.* t. 722.

Abunde ad rivos, v. gr. Bernæ inter duo balnea, ad rivum qui urbem adluit cis Holligen etc. Etiam in montanis et alpinis. 1129.

2. G. *urbanum*, flor. erectis, fruct. globosis villosis; aristis uncinatis nudis; fol. lyratis. L. *Oed. Dan.* t. 672.

Frequens ad sepes: inque sylvis. 1130.

3. G. *montanum*, flore inclinato solitario; fructu oblongo; aristis villosis erectis. L. *Jacq. Austr.* t. 373.

In omnibus pascuis alpinis, non tamen in Jura. 1131.

4. G. *reptans*, fol. uniformibus incisis: alternis minoribus; flagellis reptantibus. L. *Jacq. Austr.* app. t. 22.

Passim in Aquilejensibus alpibus, in *Audon*, *Prapioz*, *Enzeindaz*, *Javernaz*, *Chaux commun.* In M. *Fouly*, *Serin*, *Simplon*, *Schönbühl.* In montibus vallis *Kienthal.* In *Galanda.* 1132.

(Caules foliis paulo longiores; flos maximus flavus.)

5. G. *hybridum*, flore nutante; calyce folioso, corollam polypetalam excedente. L.

Circa Thermas Leucenses; in montibus Aquilejensibus, et im *Oberland.* *Höpfn.* Magazin. IV. pag. 33.

262. Dryas. *G. pl.* 868.

Cal. 6–10-fidus, æqualis; petala 5–8 patentia: semina stylis longissimis lanigeris instructa.

D. *octo-*

D. *octopetala*, octopetala; fol. oblongis, crenatis, basi cordatis, subtus tomentosis; pedunc. nudis unifloris. S. *Oed. Dan.* t. 31.

In omnibus alpibus, etiam in Montibus; *Falconario, Mole, Hengst, Dent de Vaulion* etc. 1133.

263. COMARUM. *G. pl.* 869.

Cal. 10-fidus maximus patens coloratus, laciniis alternis minoribus; petala 5, calyce triplo minora; receptac. ovatum carnosum maximum persistens.

C. *palustre*, caule adscendente; fol. inferioribus septenis quinisve, superioribus ternatis; pedunculis axillaribus 1-2 floris pubescentibus. S. *Oed. Dan.* t. 686. *Hofm. Germ.* fig.

Frequens in palustribus: Bernæ ultra *Pümpliz* in torfaceis, in paludibus sylvæ *Bremgarten*, inter vias ad *Neubrük* et ad *Hasli.* In torfaceis *Gümlingensibus,* circa *Löhr* etc. 1128.

Classis. XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

A. *Tetrapetali.*

264. Capparis. *(Kapern.) G. pl.* 876.

Cal. 4-phyllus, coriaceus: petala 4, obtusa; patentia; stamina filiformia; bacca corticosa, 1-locularis, pedunculata.

C. *spinosa*, fol. ovatis alternis integerrimis; pedunc. lateralibus solitariis nudis unifloris; stipulis spinosis; caps. ovalibus. S. In petris insularum *Borromearum.* 1077.

265. Actaea. *(Christophskraut.) G. pl.* 877.

Cal. 4-phyllus caducus, petala 4, utrinque acuminata, caduca; bacca 1-locularis; semina semiorbiculata gemino ordine incumbentia.

A. *spicata*, racemo ovato; fructibus baccatis. L. *Oed. Dan.* t. 498.

Passim in sylvis umbrosis; in fossa arcis *Burgdorf*, supra *Doffen*, in sylva sub *Wabern*; in Montis *Muteti* adscensu etc. 1076.

266. CHELIDONIUM. (*Schöllkraut.*) G. *pl.* 880.

Cal. 2-phyllus; petala 4, patentia; siliqua cylindracea; receptaculum lineare, inter valvulas suturæ instar circumambiens.

1. C. *majus*, pedunc. umbellatis. L. *Oed. Dan.* t. 542.

In ruderatis et ad sepes ubique. 1059.

2. C. *glaucium*, pedunc. unifloris; fol. amplexicaulibus sinuatis; caule glabro. L. *Oed. Dan.* t. 585.

Ad Lacum Neocomensem, tum ad officinas lateritias versus *Grandson*, tum ad extremas *Allées de Colombier*. 1060.

267. PAPAVER. (*Mohn.*) G. *pl.* 881.

Cal. 2-phyllus, caducus; petala 4; stigma peltatum planum radiatum; caps. 1-locularis, sub stigmatis corona foraminibus plurimis dehiscens.

1. P. *argemone*, caps. clavatis hispidis; caule folioso multifloro. L. *Oed. Dan.* t. 867.

In agris versus *Liebek, Kulm, Gundischwyl*; circa *Sion*; *Regensberg*, *Altschweyler*. 1061.

2. P. *alpinum*, caps. hispida; scapo unifloro nudo hispido; fol. bipinnatis. L. *Jacq. Austr.* t. 83.

In *Pilato*; abunde inter lapides deciduos en *Pierre plate* supra *Portvaley* e regione *Roche*. 1062.

(A P. *nudicauli*: fol. simplicibus pinnato-sinuatis, floreque flavō odorato — *Hallerus* non videt, qui differat.)

3. P. *rhoeas*, caps. glabris globosis; caule piloso multifloro; fol. pinnatifidis incisis. L.

In agris ubique. 1064.

(Caulis pili patuli.)

4. P. *dubium*, caps. oblongis glabris; caule multifloro setis adpressis; fol. pinnatifidis incisis. L. *Jacq. Austr.* t. 25.

Passim inter segetes, minus tamen frequens. Inter *Biennam et Bonneville* ad viam; inter *Hindelbank* et *Kirchberg*, circa *Bipp*, *Tobinium*. Basileæ in ipso vallo Petrino. 1063.

(Caulis inferne setis patulis, superne adpressis; petala minora quam *rhœadi*.)

5. P. *somniferum*, calyc. capsulisque glabris; fol. amplexicaulibus incisis. L.

Passim ad vias et in ruderatis. 1065.

B. *Pentapetali.*

268. TILIA. (*Linde.*) *G. pl.* 894.

Cal. 5-partitus coloratus deciduus; petala 5; caps. globosa coriacea 5-locularis, 5-valvis, basi dehiscens.

1. T. *grandifolia*, fol. cordatis acuminatis serratis subhirsutis; fructu 4-loculari. *Ehrh. arb.* 8.

Circa *Köniz*, in M. *Muteto.* 1030. α.

(Var. fructu pentacocco circa *Aigle.*)

2. T. *parvifolia*, fol. cordatis acuminatis inæqualiter serratis; fructu 5-loculari. *Ehrh. arb.* 36.

In sylvis. 1030. β.

(Folia glabra.)

269. CISTUS. (*Cistrose.*) *G. pl.* 913.

Cal. 5-phyllus, foliolis 2 minoribus; petala 5 subrotunda; caps. 1-10-locularis, calyce tecta.

a. *Exstipulati.*

1. C. *salvifolius*, arborescens exstipulatus; fol. ovatis petiolatis utrinque hirsutis. L. *Clus. Hisp.* pag. 141. fig.

Chiavennæ in rupibus, circa *Ripam.* 1031.

(Folia rugosa opposita, pedunculi longi uni-

flori; flos flavus in nostris. *Hall.* Sic et in meis a *Schleichero* missis.)

2. C. *fumana*, suffruticosus exstipulatus procumbens; fol. alternis linearibus margine scabris; pedunc. unifloris. L. *Jacq. Austr.* t. 252.

Locis calidis et lapidosis: circa *Montcharan, Fontaney*, *Tombey*, *Bex*, *Yvorne* etc. Frequens in Valesia circa *Varonne*. 1032.

β. *Erectum* seu C. *calycinum Linnæi*, invenit *Scheuchzerus* in *Gotthardi* jugis. It. Alp. pag. 337.

3. C. *canus*, suffruticosus exstipulatus procumbens, fol. oppositis obovatis villosis subtus tomentosis; flor. subumbellatis. *Jacq. Austr.* t. 277.

Erat in Catalogo *Scheuchzeri. Hall.* ad. 1035. (An *vere* differt a. C. *marifolio?*)

4. C. *marifolius*, suffruticosus exstipulatus; fol. oppositis lineari-oblongis, superne pilosis, subtus incanis subpetiolatis; caule pedunculisque tomentosis. S.

In montosis Juræ: *la Dent de Vaulion, Dolaz*, *Falconario*, *Thuiry*, in montium siccis circa *Genevam* ut *Saleve*. *Au bout* de la *Chariere neuve*, du coté du droit *de Renan*; a Pertuis. etc. 1035.

(Flores flavi. Male *Linnæus* ad C. *anglicum*,

qui folia utrinque viridia floresque albos habet, I. *Bauhini* synonymon : *Helianthemum* alpinum folio Pilosellæ minoris. « II. pag. 18." citat, quod noster Cistus est.

5. C. *œlandicus*, suffruticosus procumbens exstipulatus; fol. oppositis lineari-oblongis pilosis utrinque viridibus; flor. subumbellatis; calyce lineato pubescente. S. *Jacq. Austr.* t. 399. *Scopoli Carn.* t. 25.

In omnibus Alpibus et montanis altioribus. 1034.

(Flos luteus; pedunculi rubent.)

b. *Stipulati.*

6. C. *salicifolius*, herbaceus patulus villosus stipulatus; flor. racemosis erectis, pedicellis horizontalibus. L.

Circa *Branson* inventum *Schleicher* misit.

(Hujus loci, *Cisti* species annua angustifolia. I. *Bauh.* H. P. II. pag. 15.)

7. C. *pilosus*, suffruticosus stipulatus erectiusculus; fol. linearibus subtus bisulcatis incanis; calyc. lævibus. L.

Erat in Catalogo *Scheuchzeri*. *Hall.* 1035.

8. C. *helianthemum*, suffruticosus procumbens; stipul. lanceolatis; fol. oblongis revolutis subpilosis. L. *Oed. Dan.* t. 101.

Vulgo ad oras viarum, in siccis. 1033. *α*.

β. fol. latioribus. *Seguier* veron. Suppl. T. 6. f. 1.

Est C. *grandiflorus. Scopoli Carn.* t. 25.

In *Gemmio Hallerus* legit.

(Folia lanceolata utrinque villosa ei tribuit *Scop.*)

9. C. *apenninus*, suffruticosus stipulatus patulus; fol. lanceolatis hirtis. L.

In monte *Salvatore* prope *Lugano* invenit *Schleicher.*

(Flores albi; caulis teres incanus; folia superne linea profunda exarata, viridia, subtus incana; in summo caule foliola 3-4linearia alterna; stipulæ lineares.)

10. C. *polifolius*, suffruticosus stipulatus procumbens; fol. oblongo-ovatis incanis; calyc. lævibus; petalis serratis. L.

Circa *Leucam* et in *Pilato.* 1036.

(A priori diversus vix est, imo C. pilosum non separarem. *Hallero* monente habet caules prostratos, folia tomentosa linea exarata crassula, flores magnos albos — hæc omnia in illo. Etiam *Linnæus* dubitabat, dum *Menzelii* synonymon, quod *Hallerus* huic addit, illi tribuisset; et petala serrata in *apennino* conspicua sunt.)

C. *Polypetali.*

270. NYMPHAEA. (*Seerose.*) *G. pl.* 886.

Cal. 4-5-phyllus; Cor. polypetala; bacca dura ovata carnosa multilocularis.

1. N. *lutea*, fol. cordatis integerrimis; calyce pentaphyllo petalis majore. L. *Oed. Dan.* t. 603.

Frequens in fossis majoribus et lacubus; etiam alpinis *au Lac rond* etc. 1066.

2. N. *alba*, fol. cordatis integerrimis; calyce quadrifido. L. *Oed. Dan.* t. 602.

Iisdem locis priori frequentior. 1067.

DIGYNIA.

271. PAEONIA. (*Pfingstrose, Gichtwurz.*) *G. pl.* 920.

Cal. 5-phyllus inæqualis; petala 5 subrotunda patentia; Styli 0; Caps. polyspermæ.

P. *officinalis*, foliolis oblongis. L.

In montibus Glaronensium, qua fluv. *Sernf* scaturit; circa *Luganum*; in pratis montis *Generosi.* 1187.

TRIGYNIA.

272. DELPHINIUM. (*Rittersporn.*) *G. pl.* 927.

Cal. 0; petala 5 inæqualia; nectar. 2-fidum, postice cornutum; caps. 3 vel 1, introrsum dehiscentes.

1. D. *consolida*, nectar. monophyllis; caule subdiviso. L. *Oed. Dan.* t. 683.

Passim in agris circa *Ebrodunum, Neocomum, Bellelai, Basileam, Roche,* in Valesia inferiori. 1203.

(Caps. unica.)

2. D. *ajacis*, nectar. monophyllis; caule simplici. L.

Passim in ruderosis. 1202.

(Caps. 1; calcar brevius, nonnisi petalorum longitudine.)

3. D. *elatum*, nectar. diphyllis; labellis bifidis apice barbatis: fol. incisis; caule erecto. L.

In M. *Nesso, Sureneck.* Maxima copia in adscensu petroso *la Boulaire*; etiam in montibus *Lioson, Taveyannaz, Prapioz, Audon,* aliisque Aquilejensibus. 1201.

(Pulchræ plantæ folia tripartita, laciniæ tripartitæ incisæ, extima minore. Spica longa florum pulchre cœruleorum.)

273. Aconitum. (*Eisenhut.*) *G. pl.* 928.

Cal. 0; petala 5 inæqualia: supremo fornicato; Nectar. 2, pedunculata, recurva; caps. 3-5.

1. A. *lycoctonum*, cuculli calcare spirali; labio ovato emarginato, corollæ ga-

lea conica elongata; fol. palmatis pubescentibus: laciniis trifidis dentatis. *Willd.* *Jacq. Austr.* t. 380.

In montanis et subalpinis ubique. 1200.

(Flores flavi.)

2. A. *napellus*, cuculli calcare adunco obtuso; labio lanceolato revoluto bifido; galea convexa; fol. nitidis digitato-quinquepartitis: laciniis lato-lanceolatis brevissime dentatis: pedunc. glabris. *Willd.* *Jacq. Austr.* t. 381.

Flore cœruleo frequens in lapidosis, subalpinis, etiam alpinis, ut in *Gemmio*.

β. flore *albo* in Aquilejensium montibus, *Taveyannaz*, supra *les Plans*, montibus circa *Servant*.

γ. flore *fusco*, in *Taveyannaz*. 1197.

3. A. *anthora*. flor. pentagynis; foliorum laciniis linearibus. L. *Jacq. Austr.* t. 382.

Lobelius habet in Alpibus Rhæticis sed nuper ibi nemo vidit. Repertum in montis *Thuiry* adscensu australi, inferius, quam stabula. 1199.

(Flos hirsutus, pulposus, colore luteo-subviridi. *Hall.*)

4. A. *cammarum*, cuculli calcare adunco obtuso; labio lanceolato recto acute emarginato; galea conica elongata; fol. opacis

quinquepartitis: laciniis oblongo-cúneiformibus trifidis dentatis. *Willd. Jacq. Austr.* t. 424.

Flore dilute cœruleo vulgare in Aquilejensibus: in valle *Goufin* inter *Arveja* et la *Croix d'Arpille*; in montibus *Richard*, *la Varaz*, *Ovannaz*, *Taveyannaz*.

β. flore albo.

γ. floribus aquose cœruleis albo mistis: apud *Urienses*, et in monte *Mittelberg* Biennensium. 1198.

(Spica laxior quam in *Napello*, galea multo longior.)

PENTAGYNIA.

274. AQUILEGIA. *(Akeley.)* *G. pl.* 934.

Cal. o; petala 5; nectaria 5 corniculata inter petala; caps. 5 distincta.

1. A. *vulgaris*, nectariis incurvis. L. *Oed. Dan.* t. 695.

In dumetis, ad sepes, in sylvis. 1195.

β. flore *albo* — circa *Bernam*.

γ. flore *pleno* in agro Lemano.

δ. flore *rubro* — etiam Bernæ et circa Tobinium.

2. A. *alpina*, fol. trilobatis: lobis tripartitis; medio trifido; caule paucifloro. S. *Allioni Ped.* t. 66.

Circa thermas fabarias; supra vallem alpinam *Waldnacht*. Abunde in montibus Aquilejensibus! *Richard, la Varaz, Boulaire, Chapuise, Essuieres, Pillon, Orgevaux, Prapioz.* In montibus Vallis *de Lie, Beverin* etc. 1196.

(Nectaria in meis curva et recta; flores cærulei speciosissimi, penduli.)

275. Nigella. *(Schwarzer Kümmel.) G. pl.* 935.

Cal. o; petala 5, patentia; nectaria 5, trifida, intra corollam; caps. 5, sutura introrsum connexæ, superne introrsum dehiscentes.

N. *arvensis*, pistillis quinis; petalis integris; caps. turbinatis. L.

In segetibus borealis Helvetiæ circa *Bellelai, Liechtstall,* Basileam ad *Birsam.* 1194.

POLYGYNIA.

276. Anemone. *(Anemone.) G. pl.* 948.

Cal. o: petala 6-9; sem. plura, acuminata, stylum retinentia.

1. A. *hepatica*, fol. trilobis integerrimis. L. *Oed. Dan.* t. 610.

Verna planta ubique in sylvis abiegnis. Basileæ tamen rara, unice in *Burghaldenberg.* 1156.

a. *Pedunculo involucrato, seminibus caudatis.*

2. A. *pulsatilla*, pedunc. involucrato; petalis rectis; fol. bipinnatis. L. *Oed. Dan.* t. 153.

In Helvetia non frequentissima. Basileæ in monte *Crenzach. Badæ.* Tobinii in sylvis. Scaphusiæ *auf der Clus, in der Enge,* et in monte *Randen.* Neocomi supra *Vausseyon*; circa *Martigny, Fouly.* 1146.

β. folio tenuius inciso et flore minore. *Michelfeldæ* in pratis udis et paludosis. C. *Bauh. Prodr.* pag. 94.

3. A. *vernalis*, pedunc. involucrato; fol. pinnatis: foliolis tripartitis obtusis glabriusculis; flore erecto. *Willd. Oed. Dan.* t. 29. *Hall.* t. 21.

Alpina: in Alpibus Prægalliensibus; in M. *Rigi, Albula.* Abunde in monte *Lassiaz* supra pierre *de Moëlez* ad pedem scopuli *Tour de Famelon.* In montibus *Enzeindaz, la Varaz, Javernaz, les Martinets, Jeman, Fouly,* St. *Bernhardo.* 1147.

(Caulis semipedalis involucro flavo nitente tomentosissimo multifido. Flos junior albus, adultus flavis pilis nitet.)

4. A. *halleri*, pedunc. involucrato, fol.

sericeis pinnatis profunde incisis: foliolis linearibus; flore erecto connivente. S. *Allioni Ped.* t. 80. f. 2.

In monte *Flüelen* vallis St. *Nicolai* Valesiæ superioris, unde etiam habeo a *Schleichero* missam. 1148.

(Pulchra planta *tota* sericeo villo splendet, a præcedente plane diversa. Caulis semipedalis, involucrum lineari multifidum; flos minor quam in illa, obscure purpureus, magis connivens, albis pilis nitens.)

5. A. *alpina*, fol. caulinis ternis connatis supradecompositis glabriusculis: foliolis pinnatifidis obtusis acutis; seminibus hirsutis caudatis. *Willd. Jacq. Austr.* t. 85.

In omnibus Alpinis; et in Juræ jugis: *Dolaz, Falconario, Thuiri.* 1149. α.

(Flos magnus albus, extus violaceus, hirsutus; petala 6-10; caulis et petioli hirsuti.)

6. A. *apiifolia*, fol. caulinis ternis connatis supradecompositis villosis: foliolis pinnatifido-dentatis acutis; semin. hirsutis caudatis. *Willd. Jacq.* misc. 2. t. 4.

In montibus *Braulio, Gotthardo.* Abunde ad pedem M. St. *Bernhardi*, et *à la Croix de Javernaz, La Varaz, Luan, Prapioz, Meuveran, Sanetsch.* Etiam in *Bovinaz, Fouly, Sempronio* et *Pilato.* 1149. β.

(Differt a præcedente: caule foliisque hirsutioribus, vaginis foliorum involucri latioribus rubro-striatis; dominatur rubor in caule, et petiolis, viror in illa; huic floris color luteus, flos ipse minor, et (*monente Scopoli*) caudarum apices incurvi et villosuli, qui in illa recti et imberbes sunt. *Hallerus* tamen non separat, qui eodem in jugo, supra scaturiginem rivi *Ivoettaz*, et albo flore, et semiflavo, et flavo plantas reperit.)

7. A. *baldensis*, fol. biternatis: foliolis tripartitis, laciniis trifidis et bifidis, lanceolatis; involucro folioso: caule petiolisque hirsutis; semin. lanatis. S. *Allioni Ped.* t. 44. f. 3. t. 67. f. 2. *Scopoli* t. 26.

Supra *les Plans*; in montibus *Prapioz, les Chaux, Fouly, Simplon*, Alpibus griseis, Valle St. *Nicolai*. 1151.

(Planta vix semipedalis, folia virentia glabra; vagina involucri triphylli denuoque trifidi hirsuta; petala 7-10 alba, extus hirsuta et subrubra. A. *fragifera* eadem erit.)

8. A. *hortensis*, fol. digitatis; semin. lanatis. L.

Flore *miniato* in rupibus supra molendinum prope *Roche*.

Flore *purpureo* circa templum pagi *Moutru*. 1152.

b *Flore nudo; seminibus ecaudatis.*

9. A. *sylvestris*, pedunc. nudo; semin. subrotundis hirsutis muticis. L. *Bull.* t. 59.

Haud longe Mülhusia. 1150.

10. A. *nemorosa*, semin. acutis; foliolis incisis; caule unifloro. L. *Oed. Dan.* t. 549.

Verno tempore ubique ad sepes et in dumetis. 1154.

β. var. minor floreque minore.

In editissimo monte supra *Curiam* Rhætorum. C. *Bauh. Prodr.* p. 95. *Ranunculus* 1.

11. A. *ranunculoides*, fol. radicalibus nullis, caulinis biternatis; foliolis incisis; petalis subrotundis; caule subbifloro; flor. axillaribus; semin. acutis. S. *Oed. Dan.* t. 140.

Basileæ abunde in pomario ad *novam Domum*, et alneto prope *Wiesam. Rupe* in prato *Prépoury*. In *Münchenstein* etc. 1153.

(Flos flavus.)

12. A. *narcissiflora*, seminibus nudis rotundis planis; fol. septemfidis imbricatis hirsutis; flor. umbellatis. *Hall. Jacq. Austr.* t. 159.

Nihil in Alpibus vulgatius locis herbosis. Abunde etiam in montanis *Grandvi* et *Montendre, Mole,* etc. 1155.

Taveyannaz etc. In monte *Salanſe* Valesiæ etc. 1140.

(Differt a sequente, cujus habitum tamen refert: foliis subhirsutis, subtus incanis, foliolis minoribus, et odore.)

3. T. *minus*, foliolis subrotundis trifidis incisis; flor. cernuis. *Willd. Oed. Dan.* t. 732. *Jacq. Austr.* t. 419.

Frequens in rupibus subalpinis et submontanis: *Agauni*, in agro Aquilejensi. In Neocomensibus circa *Locle*, a la *Ranceniere* etc. Badæ iu monte *Legerberg*. In sylva, per quam a *Münchenstein* descenditur versus *Muttenz*. *Tiguri*, *Chiavennæ*, *Lugani* etc. Circa *Engelberg* et in Alpibus Aquilejensibus. 1139.

(Folia glabra; panicula laxa; flores viridi-lutei.)

4. T. *angustifolium*, foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. L. *Jacq. hort.* t. 3. t. 43.

Rarum: *Lausannæ*. Basileæ in pratorum marginibus haud longe *Michelfelda*. In angulis pratorum ultra St. *Louis*. 1137.

(Caulis sulcatus, subniger; petala alba minima.)

5. T. *nigricans*, caule folioso-sulcato; flor. corymbosis; foliolis radicalibus cuneiformibus trifidis, caulinis linearibus. *Willd. Jacq. Austr.* t. 421.

(*Halleri* — 1138. α. qui cum sequente jun-

git, ei nonnisi foliis *latioribus* diversum. Nigrius tamen est et caule magis sulcato, quamquam iisdem locis habitare amet.)

6. T. *flavum*, caule folioso sulcato; panicula multiplici erecta. L. *Fl. Dan.* t. 939.

Abunde in paludosis circa *Anet*, et ad *Brojam* fl. circa *Mathod, Rupe.* Basileæ prope novam Domum etc. 1138. *β.*

(Huic caulis potius striatus, folia angustiora, magis rugosa nervosa et viridiora. Separavi tamen, quod separare non debuissem, recentiorum nimio amore.)

7. T. *aquilegifolium*, fruct. pendulis triangularibus rectis, caule tereti. L. *Jacq. Austr.* t. 318.

Michelfeldæ. Tiguri ad *Silam* et in M. *Uetliberg.* Bernæ infra villam *Hasli* ad Arolam. Circa *Seelhofen.* In Argovia, ad viam inter *Grenchen* et *Kulm*, *Tobinii* ad rivos et sepes frequens, sic inter Tobinium et *Rothrist* ad semitam. Inter Chur et Tusis. Etiam in sylvis alpinis et montanis etc. 1141.

280. ADONIS. *G. pl.* 952.

Cal. 5-phyllus deciduus; petala quinis plura absque nectario; sem. nuda, angulata.

1. A. *miniata*, flor. octopetalis; petalis

obtusis integris; fruct. cylindricis. *Jacq. Austr.* t. 354.

Circa St. *Jacob* Mülhusiæ. 1158. *α.*

2. A. *flammea*, flor. octopetalis: petalis lanceolatis acutis; fruct. cylindricis; caule hirto. *Willd. Jacq. Austr.* t. 355.

Circa Basileam, eundo versus *Münchenstein* et versus *Dornach.* Circa St. *Pierre* et *Vetrod* Valesiæ. 1158. *β.*

3. A. *vernalis*, flore dodecapetalo; fructu ovato. L. *Jacq. Austr.* t. 44.

In segetibus inter *Agaunum* et *Sedunum*; circa *Vetrod*, St. *Pierre*, *Branson*, *Fouly*, et inter *Charat* et *Saxon.* --- 1157.

(Petala flava, cum macula violacea in ungue. *Hall.*)

281. RANUNCULUS. (*Ranunkel.*) G. *pl.* 953.

Cal. 5-phyllus, concavus, subdeciduus; petala 5, obtusa nitida, intra ungues poro mellifero; sem. nuda.

a. *Foliis simplicibus.*

1. R. *flammula*, fol. radicalibus petiolatis ovato-lanceolatis subintegerrimis; caule declinato. S. *Oed. Dan.* t. 575.

Abunde in omnibus udis æstate. 1182.

2. R. *reptans*. fol. linearibus; caule repente. L. *Oed. Dan.* t. 108.

Ad ripas lapidosas lacuum Helveticorum. 1183.
(Varietatem præcedentis credit *Hallerus*, qui per continuos gradus, ut a lapidosis recedit, altior fit, et denique in omnes *Flammulæ* conditiones redit.)

3. R. *lingua*. fol. lanceolatis; caule erecto. L. *Oed. Dan.* t. 755.

Passim in aquosis: circa *Seelhofen*, *Seedorf*, ad fossas viæ *Worbensis*, circa *Murten*, *Roche*, *Michelfelden*; *Tobinium* etc. 1181.

(Var. fol. glabris et hirsutis, integris et serratis.)

4. R. *pyrenæus*, fol. linearibus indivisis; caule erecto, striato subbifloro. L.

In altioribus Alpibus: *Fouly*, *Jeman*, *Enzeindaz*, *Prapioz*, *la Varaz*, *Panerossa*, *Bovinaz*, *Salanfe*, St. *Bernhard*, supra vallem D. *Nicolai*; *Bernina*, *Braulio*, et ad glaciales fontes Rhodani. 1180. α.

(Radix fasciculata; caulis digitalis subnudus; flos parvus albus, rarus visu ob nivales moles, inter quas habitare amat.)

β. Var. caule altiori ramoso multifloro. *Allioni Ped.* t. 76. f. 1.

5. R. *valesiacus*, fol. petiolatis ovatis

serratis; caule ramoso folioso paucifloro; radice fasciculata. S.

Hunc invenit Cl. *Ricou* in monte *Mille* supra Vallem *de Bagnes.* 1180. *β.*

(Dignus est, qui a priori separetur; utique differt. Caulis cubitalis superne hirsutus; flores pauci magni albi; calyx fusco tinctus.)

6. R. *parnassifolius*, fol. subovatis nervosis lineatis integerrimis petiolatis; flor. umbellatis. L.

Frequentissimus in Alpium saxosis Aquilejensium; etiam in Valesiæ mont. *Fouly*, *Jeman*, *Dent de midi*, St. *Bernhard*, supra Praborgne etc. 1179.

(Radix fasciculata; folia potius subcordata, caulina 2-3 sessilia; flores magni albi; calyx purpurascens. *Hallerus* citavit synonymon *Linnæi*, R. amplexic. minus bene; figura enim *Mentzelii* pag. t. 8, cui folia amplexicaulia alterna adpicta sunt, alienissima est a *Halleri* descriptione, nec repertus, quantum scio, in Helvetia R. amplexicaulis, nisi eum credas, cujus inter *Scheuchzeri* plantas *Hallerus* in *addendis* meminit.)

7. R. *ficaria*, fol. cordatis angulatis petiolatis; caule unifloro. L. *Oed. Dan.* t. 499.

Ad sepes et in umbrosis vere ubique. 1160.

8. R. *thora*, fol. radicalibus nullis, caulinis

linis 1-2 reniformibus subtrilobis crenatis nervosis sessilibus, summo lanceolato inciso; caule subbifloro. S. *Jacq. Austr.* t. 442.

Abunde in Aquilejensium montibus occidentalibus, supra *le Pertuis d'Avenaire, en petit Ayerne*, in monte *Chaude* et in ea tota regione. *Dans le Val de Lie* et in Alpibus supra hanc Vallem. Etiam in pascuis summi montis *Thuiry*. 1178. Et in M. *Saleva*.

(Flos parvus luteus; variare dicunt folio unico radicali petiolato.)

b. *Foliis dissectis et divisis.*

6. R. *auricomus*, fol. radicalibus longe petiolatis reniformibus trilobis crenato-incisis, caulinis digitatis linearibus; caule multifloro. S. *Oed. Dan.* t. 665.

Verno tempore frequens in umbrosis, ad sepes, et in sylvis. 1177.

10. R. *sceleratus*, fol. petiolatis: radicalibus trilobis, lobis 2-3-partitis crenatis, caulinis digitatis; fructibus oblongis, calyce glabro reflexo; caule ramoso. S. *Oed. Dan.* t. 571.

Abunde in aquosis circa *Roche, Yverdun, Chateau Thiele, Mathod* etc. 1175.

11. R. *aconitifolius*, fol. quinquelobis dentatis, lobis acuminatis, intermediis tri-

fidis, floralibus summis digitatis sessilibus lanceolatis. *Willd. Clus.* pann. fig. p. 370.

(*Hallerus* cum sequente conjungit, a quo differt: caule humiliori, foliis ad petiolum usque partitis, floribusque rarioribus et minoribus. Var. flore pleno in monte *Salanfe.*)

12. R. *platanifolius*, fol. quinquelobis dentatis, lobis obtusis intermediis trifidis, floralibus summis digitatis sessilibus lineari-subulatis. *Willd. Oed. Dan.* t. 111.

Uterque floribus albis frequens in omnibus montanis et alpinis. 1164.

13. R. *rutæfolius*, fol. supradecompositis, radicalibus petiolatis; caule simplicissimo plerumque unifolio et unifloro; radice tuberosa. S. *Allioni Ped.* t. 67. f. 1.

Altissimarum alpium: in *Septimo* Rhætiæ monte, inque *Montemor* et *Oberstafel* Valesiæ superioris, et in M. *Triftier*. 1165. R. Berardi *Villars. Delph.* t. 49.

(Folia glauca: foliola tripartita incisa obtusa et dentata; caulis 2-florus etiam et bifolius, ut apparet ex specimine a *Schleichero* in Valesiæ monte *Triftier* lecto et misso; petala alba ungue phoeniceo.)

14. R. *glacialis*, fol. ternatis: foliolis tripartito-multifidis, caulinis sessilibus; caule

subtrifloro; calyc. hirsutis. *Willd. Oed. Dan.* t. 19. *Villars Delph.* t. 49.

Frequèns in Alpibus Aquilejensibus : *Prapioz*; *Enzeindaz, Panerossaz, sur Champ, Ovannaz.* In Valesiacis: *Simplon*, S. *Bernhard, Jeman, Fouly, Chermontana*, in valecula *Furcæ* prope jugum. In *Septimo*, et in alpe *Piora* Lepontiorum. In montibus Vallis St. *Nicolai* et *Kienthal.* 1166.

(Caulis palmaris et sesquipalmaris non raro ramosus et multiflorus; flos satis magnus albus, incarnatus aut fere purpureus; calyx flavo-aut purpureo-villosus. Var. fol. lanuginosis *sur le Col* du *Mont-Cervin. Saussure* voyages. I. p. 208.

15. R. *nivalis*, fol. radicalibus petiolatis quinquelobis dentatis glabris, caulino sessili digitato: laciniis linearibus integerrimis; caule unifloro. S. *Jacq. Austr.* t. 325. 326.

Abunde in omnibus alpibus Aquilejensibus, Rhæticis etc. In montanis *Creux du Vent*, Chasseron. 1168. *α.*

β. var. folii caulini laciniis dentatis. s. R. *Gouani* Illustr. t. 17. f. 1-2 separari non debet. Nec separarem R. *lapponicum* qui ipso *Linnæo* monente habet « folia ambitu fere reniformia, « sed tripartita ad basin usque, lobo intermedio « obsolete trilobo, lateralibus pluribus lobulis « notatis."

γ. Insignior ejus varietas caule altiori ramoso multifloro, foliis profundius divisis.

In M. *Luan* et *Thuiry*. *Hall.* 1168. β.

(Omnibus flos luteus est.)

16. R. *monspeliacus*, fol. tripartitis crenatis; caule simplici villoso subnudo unifloro. L.

In montium *Surenensium*, *Jugi*, et *Laubersgradt* summis fastigiis. *Scheuchz.* It. Alp. I. p. 46.

(*Hallerus* a præcedente non separat, sed differt: foliis crassiusculis subtus hirsutis, petiolis cauleque villosis. Flos etiam aureus est, sed major, et folia caulina angustiora. *Schleicher* misit in glareosis alpinis inventum.)

17. R. *alpestris*, fol. radicalibus subcordatis obtusis tripartitis, lobis trilobatis, caulino lanceolato integerrimo; caule subunifloro. L. *Jacq. Austr.* t. 110.

In omnibus Alpibus frequentissimus, quando nives defluxerunt. 1167.

β. flore majore. --- Copiose in Alpibus *Surenensibus* et *Tittliaco* monte.

γ. flore *pleno majori --- en Chaud commun; minori*, petalis numerosis *Bellidem* plenam referentibus, in monte *Rosselinaz*.

(Caulis, non semper uniflorus, plerumque duabus ligulis gaudet; calyx glaber; petala magna, alba, obcordata.)

18. R. *bulbosus*, calyc. retroflexis; pedunc. sulcatis; caule erecto multifloro; fol. compositis. L. *Oed. Dan.* t. 551. *Bull.* t. 22.

Verno tempore in hortis, pratis et ad vias. 1174.

(Folia hirsuta: lobo medio longius petiolato.)

19. R. *repens*, calyc. patulis; pedunc. sulcatis; stolon. repentibus; fol. compositis. L. *Oed. Dan.* t. 795.

In pratis et agris. 1173.

(Folia hirsuta: lobo medio petiolato aut sessili; calyx subhirsutus flavescens; petala obtusa, quæ præcedenti ovata sunt.)

20. R. *polyanthemos*, calyc. patulis; pedunc. sulcatis; caule erecto; fol. multipartitis. L.

In sylvis. 1171.

21. R. *Breyninus*, fol. radicalibus hirsutis digitatis serratis, caulino palmato tridentato: laciniis linearibus; calyce hirsutissimo; caulibus hirsutis humillimis unifloris. S. *Allioni Ped.* 1456.

In montibus *Enzeindaz* et *Gotthardo*. 1170.

(Flos flavus: receptaculum lanuginosum. *Hall.*)

22. R. *acris*, calyc. patulis; pedunc. teretibus; fol. tripartito-multifidis: summis, linearibus. L.

In pratis, ad vias et oras rivulorum. 1169.

γ. Insignior ejus varietas caule altiori ramoso multifloro, foliis profundius divisis.

In M. *Luan* et *Thuiry*. *Hall.* 1168. β.

(Omnibus flos luteus est.)

16. R. *monspeliacus*, fol. tripartitis crenatis; caule simplici villoso subnudo unifloro. L.

In montium *Surenensium*, *Jugi*, et *Laubersgradt* summis fastigiis. *Scheuchz.* It. Alp. I. p. 46.

(*Hallerus* a præcedente non separat, sed differt: foliis crassiusculis subtus hirsutis, petiolis cauleque villosis. Flos etiam aureus est, sed major, et folia caulina angustiora. *Schleicher* misit in glareosis alpinis inventum.)

17. R. *alpestris*, fol. radicalibus subcordatis obtusis tripartitis, lobis trilobatis, caulino lanceolato integerrimo; caule subunifloro. L. *Jacq.* *Austr.* t. 110.

In omnibus Alpibus frequentissimus, quando nives defluxerunt. 1167.

β. flore majore. --- Copiose in Alpibus *Surenensibus* et *Tittliaco* monte.

γ. flore *pleno majori* --- *en Chaud commun; minori*, petalis numerosis *Bellidem* plenam referentibus, in monte *Rosselinaz*.

(Caulis, non semper uniflorus, plerumque duabus ligulis gaudet; calyx glaber; petala magna, alba, obcordata.)

18. R. *bulbosus*, calyc. retroflexis; pedunc. sulcatis; caule erecto multifloro; fol. compositis. L. *Oed. Dan.* t. 551. *Bull.* t. 22.

Verno tempore in hortis, pratis et ad vias. 1174.

(Folia hirsuta: lobo medio longius petiolato.)

19. R. *repens*, calyc. patulis; pedunc. sulcatis; stolon. repentibus; fol. compositis. L. *Oed. Dan.* t. 795.

In pratis et agris. 1173.

(Folia hirsuta: lobo medio petiolato aut sessili; calyx subhirsutus flavescens; petala obtusa, quæ præcedenti ovata sunt.)

20. R. *polyanthemos*, calyc. patulis; pedunc. sulcatis; caule erecto; fol. multipartitis. L.

In sylvis. 1171.

21. R. *Breyninus*, fol. radicalibus hirsutis digitatis serratis, caulino palmato tridentato: laciniis linearibus; calyce hirsutissimo; caulibus hirsutis humillimis unifloris. S. *Allioni Ped.* 1456.

In montibus *Enzeindaz* et *Gotthardo.* 1170.

(Flos flavus: receptaculum lanuginosum. *Hall.*)

22. R. *acris*, calyc. patulis; pedunc. teretibus; fol. tripartito-multifidis: summis linearibus. L.

In pratis, ad vias et oras rivulorum. 1169.

(Caulis teres; folia hirsuta; calyx glaber linea obscuriori notatus.)

22. R. *lanuginosus*, calyc. patulis; pedunc. teretibus; caule petiolisque hirsutis; fol. trifidis lobatis crenatis holosericeis. L. *Oed. Dan.* t. 397. *Casp. Bauh. Prodr.* p. 96. fig.

In M. *Saleva*; in humidis montis *Muteti*; ad radices montis *Titliaci*; inter *Hub* et *Thorberg Alp.* otc. 1172.

23. R. *arvensis*, semin. aculeatis; fol. superioribus decompositis linearibus. L. *Oed. Dan.* t. 219.

In agris. 1176.

24. R. *fluviatilis*, fol. omnibus dichotomo-capillaceis, caule natante. *Willd. Oed. Dan.* t. 376.

Basileæ ad *Wiesam*, et passim in fluentis paulo rapidioribus. 1161.

(Foliorum laciniæ parallelæ, non divergentes ut in sequentibus. *Hall.*)

25. R. *aquatilis*, fol. omnibus capillaceis: laciniis divergentibus. *Leys. Barrel.* ic. 566.

Ubique in rivulis quietis, fossisque aqua plenis. 1162. α.

β. fol. circumscriptione rotunda terminatis.

Circa *Nidau, Erlach, Mathod,* in fossis quietis; in stagnis prope *Hiltelingen.*

26. R. *heterophyllus*, fol. submersis capillaceis, emersis reniformi-palmatis. *Leys. Barrel.* ic. 565.

Non rarus. v. gr. Bernæ inter *Neubrük* et *Ortschwaben* in rivo inter duas sylvas elabente. Basileæ ad *Wiesam.* etc. 1163.

(Omnes 3 posteriores habent petala alba, ungue flavo.)

27. R. *hederaceus*, fol. subrotundis trilobis integerrimis; caule repente. L. *Oed. Dan.* t. 321.

Lachenal invenit circa *Pfirt.* *Höpfn. Mag.* IV. pag. 34.

282. TROLLIUS. *(Trollblume.)* *G. pl.* 954.

Cal. o; cor. 12-15-petala; nectaria linearia sæpe petalorum numero; caps. plurimæ ovatæ siliquosæ.

T. *europæus*, coroll. conniventibus; nectar. longitudine staminum; fol. quinquelobis serratis; caule unifloro et multifloro. S. *Oed. Dan.* t. 133.

Abunde in pratis montosis et subalpinis. 1189.

283. ISOPYRUM. *G. pl.* 955.

Cal. o; petala 5; nectaria trifida tubulata; caps. plures recurvæ polyspermæ.

I. *aquilegioides*, stipulis obsoletis. L. *Hall.* 1190.

(In Helvetiorum alpibus habet C. *Bauh.* loco non addito:

« Radix parva; folia thalictri forma, sed exi-
« gua, pallide virentia, inter quæ cauliculus te-
« nuis, palma minor, 2-3 foliolis brevibus ob-
« longis minime divisis exurgit, florem unicum
« cæruleum sustinens, forma quidem vulgari
« Aquilegiæ similem, sed quintuplo minorem.
« *Prodr.* pag. 75. et I. *Bauh.* H. P. III. p. 484."
Lachenal vero, et forsan rectius, hanc plant m ad *Aquilegiam* viscosam delegat *Act. Helv.* VIII. p. 146, quæ non tantum *Monspelii*, sed etiam (*Allioni* monente 1506.) Alpium Pedemontanarum incola est.)

284. Helleborus. (*Nieswurz.*) *G. pl.* 956.

Cal. o; petala 5, seu plura, subrotunda, magna; nectaria brevissima bilabiata tubulata; caps. polyspermæ erectiusculæ; sem. suturæ affixa.

1. H. *hyemalis*, flore folio insidente; fol. radicalibus peltatis multifidis: laciniis integerrimis. *Willd. Jacq. Austr.* t. 202.

Passim in pratis, imprimis in ipso pago *Bex*. In montosis Biennensibus, ut in rupibus montis *Chasseralle.* 1191.

(Flos flavus nobis hexapetalus esse solet. *Hall.*)

2. H. *niger*, scapo subbifloro subnudo; fol. pedatis. L. *Jacq. Austr.* t. 201.

Hunc, a *Hallero* frustra quæsitum, circa *Lugano* inventum misit Cl. *Schleicher.*

(Folia crassa lævia subserrata, petala alba extus rosea.)

3. H. *viridis*, caule bifido; ramis foliosis bifloris; fol. digitátis. L. *Jacq. Austr.* t. 106.

Non frequens. Prope Tigurum et circa *Kyburg*; *Mendrisii* in dumetis. In rupibus versus la *Chetelaz* haud longe *Bellelai.* 1192.

(Folia circumserrata; flores virides sæpe nutantes.)

4, H. *fœtidus*, caule multifloro folioso; fol. pedatis. L. *Bull.* t. 71.

Frequentissimus hic, ad Alpium radices et Juræ. Etiam Bernæ in sylva *Bremgarten* in via a *Langgasse* ad rivum *Glasbach.* 1193.

(Flores virides per oram rubro colore tincti.)

285. CALTHA. *(Dotterblume.)* G. *pl.* 957.

Cal. o; petala 5; nectaria o. Caps. plures polyspermæ.

C. *palustris.* L. *Oed. Dan.* t. 668.

Ubique ad rivulos et in humidis, a vere ad autumnum. 1188.